In ista pte notificat egritudinē: ⁊ qꝛ diffinitio vnius ɔ̄trioꝝ apparet ex diffōne alterius: iō nō est necesse hanc diffōnē multū explanare. Si enī sanitas est dispō per quā corp⁹ hoīs existit in dispōne sua nāli per quā ip̄m est p̄ncipiū vt ab ipso fiant operationes eius incolumes. Similiter etiā egritudo dr̄ dispositio esse preter nām que est p̄ncipiū faciēdi deficere opationes in corpore ⁊ ex h̄ manifestū est ꝙ sicut sanitas est tēperamētū in cōplexione cōpositione ⁊ vnitate: ita egritudo pōt esse distēperamētū: aut in complexione: aut in cōpositione: aut in vnitate: ⁊ ꝓpter hoc egritudo dicit̄ esse dispositio ɔtraria sanitati. ⁋ Sed debetis aduertere ꝙ ɔtrariū accipit̄ dupliciter. Uno mō accipit̄ proprie: ⁊ isto mō illa dicunt̄ ɔ̄ria que posita sunt in aliquo genere maxime a se distantia ⁊ ipsa dicunt̄ positiue: ⁊ hoc mō sanitas ⁊ egritudo nō sunt cōtraria. Alio mō ꝓprie ⁊ ꝯm hoc illa dicunt̄ ɔ̄ria que nō patiunt̄ se in vno subto: ⁊ hoc mō egritudo dicit̄ esse ɔ̄ria sanitati: lȝ ꝯm rei veritatem ipsa dicantur esse magis cōtraria priuatiue ꝯm priuationē ⁊ habitū: ⁊ ꝓpter hoc sanitas ⁊ egritudo sunt priuatiue opposita. ⁋ Et ex his apparent duo. Unuȝ est ꝙ cum sanitas ⁊ egritudo dicant̄ esse opposita priuatiue ⁊ habitus sit principiū cognoscendi priuationem pro tanto prius Auicen. notificauit sanitatē: lȝ sanitas vt est habitus quidam ⁊ vt considerat̄ in genere sit notior q̄ȝ sit egritudo: tamē quātū ad species egritudo est notior qꝛ extrema notiora sunt: sed quantū ad genus est notior egritudine. Et ideo Aui. in ꝓsequēdo ꝓsequit̄ de dispōnib⁹ egritudinis. Et h̄ est qd̄ dicit Auer. ⁊c̄. ⁋ Scd̄o apparet ex illo ꝙ cū egritudo opponat̄ priuatiue vt priuatio opponit̄ habitui ꝙ egritudo plus distat ab egritudine. v̄. g. ponam⁹ ꝙ aliqs hēat malā cōplexionē calidā ⁊ postea hēat malā cōplexionē frigidā plus distat sanitas ab egritudine q̄ȝ distet mala cōplexio frida a mala cōplexione calida. Et dōm ꝙ sanitas ⁊ egritudo possunt ɔsiderari dupl'r. Uno mō absolute: ⁊ hoc mō dico ꝙ plus distat mala cōplexio frigida a mala cōplexiōe calida q̄ȝ distet sanitas ab egritudine: qꝛ sanitas est sicut mediū. mediū aūt minus distat ab extremo q̄ȝ extremū ab extremo. Alio mō pn̄t cōsiderari puta sanitas ⁊ egritudo nō absolute: sed vt ipsa referunt̄ ad opus: ⁊ h̄ mō plus distat sanitas ⁊ egritudo q̄ȝ distet mala cōplexio calida a mala cōplexione frigida. Et rō est qꝛ sanitas ipsa est principiū operationis. egritudo aūt p̄ncipiū faciēdi deficere operationes: ⁊ ꝓpterea est sicut priuatio ⁊ ꝓpterea mala cōplexio frigida est faciēs deficere opationes ⁊ ēt mala cōplexio calida: sed plus distat priuatio ⁊ habitus q̄ȝ distēt due p̄uationes. nā plus distat ens a nō ente q̄ȝ distet nō ens a non ente. Et hinc est ꝙ auctores potius dicūt ꝙ sanitas opponit̄ egritudini: q̄ȝ dicāt ꝙ egritudo opponat̄ egritudini. Deinde cum dicit.

Et dispositio que est apud eū neqȝ sanitas neqȝ egritudo: aut iō ꝙ nō est sanitas i vltimo aut egritudo in vltimo queadmodū corpora senū ⁊ ɔualescētiū ⁊ pueroꝝ: aut iō ꝙ ambe res in vno tēpore in duobus sunt copulate mēbris: aut in vno mēbro: sed in duob⁹ generib⁹ remotis: sicut qui est in cōplexiōe sanus ⁊ in cōpositione eger: exēpli cā: aut in vno mēbro duoꝝ generū propinquoꝝ sicut qui est sanus in figura ⁊ nō sanus in quātitate ⁊ situ: aut qui est sanus in duab⁹ q̄litatib⁹ passiuis ⁊ non sanus in duab⁹ qualitatib⁹ actiuis: aut vicissitudine duarū rerū in duob⁹ temporib⁹ sicut qui sanat̄ in hyeme ⁊ infirmat̄ in vere.

Dubͫ pͫ

In parte ista tertiū genus notificat. Notandū est de eo qd̄ dicit ꝙ corpora pueroꝝ ⁊ senū sint defecta in operationib⁹: sunt tn̄ sana ꝯm Gal'. Iterū etiaȝ qūo dicit de pueris ꝙ ipsa sunt corpora neutra: qꝛ ꝯm ꝙ apparet per Gal'. in p̊ de regimine sanitatis sunt corpora euchima: ⁊ in cōmēto. 19. parti. 3. illius afoꝛ. ꝯm horā qdē veris. Dōm est ad hoc ꝙ corpus neutrū pōt ɔsiderari dupl'r. Uno mō ꝓprie ⁊ absolute: ⁊ isto mō corpora pueroꝝ ⁊ senū nō sunt corpora neutra: qꝛ vtraqȝ corpora efficiūt opatiōes que eis debent̄. Alio mō pn̄t dici corpora neutra similitudinarie ⁊ cōparatiue: et hoc mō corpora pueroꝝ ⁊ senuȝ possunt dici neutra ꝯm ꝙ illa cōparant̄ ad etatē in qua est perfectio operationū. Sed tn̄ ista corpora. s. senū ⁊ pueroꝝ differēter dicunt̄ neutra: qꝛ corpora senum assimilant̄ corpori neutro decidētie: sed corpora pueroꝝ assimilantur corpori neutro cōualescentie. ⁋ Sed est dubitatio de corpore neutro circa 2ᵐ signatū in quo distinguit̄ a corpore egro qꝛ nō vr̄ distingui. Itē ꝯm illud videt̄ ꝙ corp⁹ febriens sit corp⁹ neutruȝ in secundo significato. ⁋ Et similiter est dubitatio circa primū significatū ⁊ magna. Sed qꝛ istud maxime spectat ad librū thegni pro tanto nihil dicetur de his ad presens. Deinde cum dicit.

Egritudinū v̄o alie sunt que sunt simplices: alie sunt que sunt composite. Simplices aūt sunt que sunt vna ex specieb⁹ egritudinis cōplexionis: aut vna ex speciebus egritudinis cōpositionis quā postea nominabimus. Cōposite v̄o sunt in quibus due spēs aut plures ɔiungunt̄ ex qbus vna cōponit̄ egritudo. Incipiem⁹ igit̄ prius loqui de egritudinib⁹ simplicibus. Et dicemus ꝙ egritudinū simpliciū genera sunt tria. Primuȝ est genus egritudinū que mēbris cōparant̄ quoꝝ partes sūt similes ⁊ sunt male cōplexionis species. Et ipse qdē nō sunt cōparate mēbris quoꝝ partes sūt similes nisi iō ꝙ in primis ⁊ eēntial'r partib⁹ accidēt similibus ⁊ per eas mēbris accidūt cōpositꝭ: ita vt pol'e sit imaginari eas cōprehēsas ⁊ reptas esse in quocūqȝ mēbroꝝ volueris quoꝝ partes sunt similes ⁊ nō in cōpositis.

In pte ista ꝓsequit̄ de spēb⁹ illoꝝ generū. s. de egritudine ⁊ specieb⁹ ei⁹ distinguēdo ipsaȝ ⁊ distinguēdo. Hec ps in. 2. qꝛ egritudines pn̄t distigui dupliciter. Uno mō q̄tū in seipsis. Alio mō quātum ad ꝓprietates accidētales. Et primo ergo ꝓsequit̄ de distin

ctione egritudinū vt distinguanť in seipsis.Et z^m distinguit egritu
dinē q̄tū ad ꝓprietates accidētales que eis debenť.facit z^m īfra
in illo caplo(Scire debes ꝙ egritudinū plurime.)Pria hȝ duas:
q₂ in p^a pte determinat de distōne egritudinū que accepta est pe
nes essentiā ipsarū.Et z^o determinat de distōne q̄rūdaȝ que sunt
annexa ipsius egritudinib^9.z^a ibi in illo caplo(Quedā res sunt q̄
ex̄ egritudines existūt.)Pria hȝ duas.Prio p̄mittit distōnē.Se
cundo ꝓsequiť.z^a ibi(Et dicem^9 ꝙ egritudinū simpliciū.)Et ista
hȝ duas.Naȝ p̄ distinguit egritudines simplices.Et z^o distinguit
egritudines cōpositas.z^a ibi(In egritudinib^9 aūt cōpositis dictio
nē ꝓferemus.)Prima hȝ duas.Nā p̄ ostēdit quot ⁊ que sunt gn̄a
simpliciū.Scd̄o ꝓsequiť de duobus alÿs gn̄ib^9.ibi(Cōpōnis egri
tudines.)Pria hȝ tres.Prio distīguit egritudines cōpōnis.Scd̄o
epilogat gn̄a egritudinū.Et 3^o excusat se a ꝓsecutione vnius illo
rū generū.z^a ibi(Et ad vltimū qdē.)3^a ibi(Egritudinuȝ aūt cōple
xionum scite sunt.)Prima in tres ꝫm ꝙ tria genera ponit egritu
dinum simpliciū.Primo ponit primū.Scd̄o scd̄m.Tertio tertiū.
z^a ibi(Et z^m genus.)3^a ibi(Tertium genus.)

Dub^m z^m ¶Sed tu dices q̄uo dicit ꝙ mala cōplexio attendiť siue pōt acci
dere in mēbris simplicibus sic ꝙ nō in cōpositis.Nō videť q₂ mē
bra ista ꝯsimilia sunt partes istarū organicaꝝ:ḡ nō videť ꝙ mala
cōplexio possit accidere in mēbris ꝯsimilib^9.Iterū etiā q₂ sunt cō
tinua ꝓpter qd̄ ⁊c̄.Possum^9 r̄ndē dupl'r.Uno mō q₂ dicit ꝙ pol'e
est imaginari vnū qd̄ nō est pol'e ꝫm reȝ:sed ꝫm imaginationē:q₂
possum^9 imaginari ꝙ mala cōplexio ita sit in mēbris ꝯsimilibus
ꝙ nō sit in officialib^9:q₂ mēbra ꝯsimilia per se participāt nā com
plexionali.Iterū ēt sunt p̄ora:sed p̄us pōt absolui a posteriori.Id
circo pol'e est imaginari egritudineȝ male cōplexionis in mēbris
ꝯsimilib^9 sic ꝙ nō erit in officialib^9.Uel alio mō possumus respō
dere ꝙ mala cōplexio posset ꝫm rē accidē mēbris ꝯsimilib^9 ꝙ nō
officialib^9:q₂ māifestū est ꝙ mēbrū ꝯsimile hȝ aliq̄ȝ rōnē qua ip̄m
ꝯsimile est ⁊ aliā nām hȝ mēbrū officiale sub qua cōpositū est:q₂
ḡ hȝ aliq̄ȝ nām ⁊ ēt aliq̄ȝ dispōnē qua organicū est:manifestū est ꝙ
in mēbro ꝯsimili poterit esse egritudo aliq̄ que ꝯuenit ei vt ꝯsimi
le nō tamē organica vt organicū est:q₂ tale peccatū accidit mem
bro ꝯsimili nō sub rōne qua cōponit organicū ⁊ talis egritudo nō
est ibi per nām organicā.Deinde cum dicit.

¶Et scd̄m genus est egritudinis membroꝝ officialiuȝ
que sunt egritudines cōpositionis que mēbris cōposi
tis accidēt que ex mēbris cōponunť:quoꝝ ptes simi
lanť.Mēbra aūt officialia sunt opationū instrumēta.

¶In parte ista notificat scd̄ȝ genus egritudinū.Et videte rete ita
debetis imaginari in mēbris organicis accidere sicut dictū fuit in
mēbris ꝯsimilibus.Sicut enī in mēbris ꝯsimilibus poterat acci
dere egritudo nō tamē per nām organicā:ita ⁊ mēbris organicis
pōt accidere egritudo nō tamē per nām cōsimilē.Sed de hoc est
dubitatio vt videbitis postea.Deinde cum dicit.

¶Et tertium est genus egritudinū cōium que mēbris
accidūt quoꝝ partes similanť ⁊ accidūt istrumētalib^9
īquantū sunt instrumētalia:ita ꝙ nō sequať eas instru
mentalibus accidere:ꝓpterea ꝙ simplicibus accide
runt.Et he qdē sunt que ꝯtinuitatis solutio vocanť et
īparis dissolutio.Solutio enī ꝯtinuitatis plerūq̄ȝ acci
dit iuncture:ita ꝙ simplicibus mēbris ex q̄bus iunctu
ra fuit cōposita nullo modo accidit.Et plerūq̄ȝ acci
dit neruo aut ossi aut venis solūmodo.

¶In ista pte determiat de tertio gn̄e ⁊ est planū.Deinde cū dicit.

¶Et ad vltimū quidē egritudinū tria sunt gn̄a.Egri
tudines que cōplexionis sequunť malitiā.Et egritudi
nes que sequunť malitiā cōpōnis.Et egritudines que
ꝯtinuitatis solōnē sequunť.Et oīs egritudo que vnaȝ
harū sequiť ⁊ per eā existit ei cōparať.

¶In parte ista epilogat genera morboꝝ.Deinde cum dicit.

¶Egritudines autē complexionum scite sunt que sunt
sexdecim quas nominauimus.

¶In parte ista excusat se a ꝓsecutione vel determinatiōe vnius
illoꝝ generū.s.a gn̄e egritudinū cōplexionaliū:q₂ de spēbus cōple
xionū determinatū fuerat in p̄ma fen.Et ꝓpterea hoc nō est veꝝ
ꝙ in p̄ma fen solū determinat de rebus nālibus.¶Sed circa ista
vltimo dicta cadit dubitatio multiplex.Pria est vtrū genera mor
boꝝ sint tria.Scd̄a qd̄ est vtrū sit possibile accidere egritudinē in
mēbris organicis p̄mo.Tertia vtꝝ sit dare genus egritudinis cō
mune cōplexioni ⁊ cōpositioni.⁊ si sic vtꝝ solo ꝯtinui possit acci
dere mēbris organicis p̄mo:de quo quereť ad presens.

¶Prio ḡ est dubitatio vtꝝ gn̄a egritudinū sint tm̄ tria.Et vꝫ ꝙ nō Dub^m 3^m
sint tm̄ tria:imo videnť plura.Quia si sint plures nāe ī q̄b^9 possit
fieri egritudo q̄ȝ tres:plures erūt spēs egritudinis:sȝ sunt plures
nāe q̄ȝ tres q̄re ⁊c̄.Maior māifesta est:q₂ distictio egritudinū su
miť ex distōne nārū in q̄b^9 pōt egritudo accidē.declaratio mi.q₂
nos videm^9 ꝙ est aliq̄ nā que nō est aliq̄ illaꝝ:⁊ accidēs defectus
in illa est p̄n^m lesionis vt diaphaneitas cornee īpedit opōnē visi
uā sicut appet in diaphaneitate cornee que īpedit actionē visiuā.
ēt cicatrix oculoꝝ īpedit opōnē visiuā.⁊ manifestū est ꝙ illud nō
est peccatū in cōplexiōe:nec in cōpōne nec in vnitate.¶Iterū ēt
nos videm^9 ꝙ est q̄dā alia p̄ter istas sicut durū molle īpedit opō
nē ⁊ asperū ⁊ lene.Et h̄ vult Auer.q hic rep̄hendit Gal'.⁊ breuiter
oēs medicos.¶Dōm est ad h̄ ꝙ gn̄a egritudinū sunt tria ⁊ nō plu
ra.Et rō exhiť ex p̄ de accidēti ⁊ morbo.Et rō est:q₂ egritudo non
est nisi defect^9 opōnū.hic aūt defect^9 nō pōt esse nisi in ꝺfectu p̄n
cipÿ opōnis:sed nāe sūt tm̄ tres:iō tres erūt defect^9:⁊ p ꝯn̄s tria
gn̄a egritudinū.Causa aūt pp quā sunt tres nāe est ista:ꝓpterea
q₂ in corpore sunt tria p̄n^a:duo que sequunť corpus sub rōne qua
vnū cōpositū est:vnū aūt est ꝙ ip̄m ꝯsequiť sub rōne q̄ ꝯtinuū est
sicut ⁊ alia corpa inaīata:que ꝯsequunť ip̄m sub rōne q̄ vnū sunt
cōpositū cōplexio ⁊ cōpositio:ista.n.ꝯsequunť ip̄m vt vnū ⁊ vt cō
positū.q̄dā aūt ꝯsequunť vt ꝯtinuū:⁊ ista est vna nā.s.ꝙ sit vnū.p̄^a
enī nā ꝯuenit sibi inq̄ȝtū cōpositū ex el'ntis rōne quoꝝ ip̄m hȝ cō
plexionē ex q̄b^9 fiunt mēbra ꝯsimilia.q̄dā aūt nā cōpetit sibi vt est
cōpositū ex illis ꝯsimilib^9 ⁊ cōponūt organica ex ꝯsimilib^9.postea
est alia q₂ vtraq̄ȝ ipsa debēt esse iniuncta.cōplexio aūt est p̄^a nā:⁊
iō attribuiť p̄mis mēbris ⁊ ꝓpterea attribuiť ꝯsimilib^9:sed cōpo
sitio que est ex plurib^9 ī actu est illa que debeť nāe organice.⁊ q₂
ꝯsimilia ⁊ organica debēt esse iuncta:ita solo ꝯtinui dr̄ morb^9 cō
munis qui hȝ fieri in nā cōi:⁊ q₂ organica ⁊ ꝯsimilia hn̄t cōicare:⁊
q₂ sunt tm̄ tres nāe ex q̄bus homo ꝯsistit:iō tria sunt gn̄a ex q̄bus
al'ꝯstat:iō ꝫm illa tria poterit accipi triplex defect^9.p̄mus in cō
plexione.secūdus in cōpōne.tertius in vnitate.q̄re gn̄a morborū
erūt tm̄ tria neq̄ȝ plura nec pauciora.¶Et ex his apparet solo ad
obta.Tu dicis si pol'e est reperire plures nās in q̄b^9 pōt per defe
ctū accidē egritudo p̄ter illa tria:māifestū est ꝙ gn̄a morboꝝ sūt
plura q̄ȝ tria.Possum ad istud argumētū r̄ndē tripl'r quarū respō
sionū due erūt argumēto diaphaneitate cornee ⁊ isti.¶Prio mō
ꝙ pmutatio in molli ⁊ duro ⁊ diaphano cornee non est egritudo
sȝ accidēs:⁊ h̄ iō q₂ de rōne egritudinis est ꝙ ip̄a nō sequať alteꝝ
vt dcm̄ fuit heri.Illa ḡ pmutatio nō est egritudo que est facta pp
pmutationē factā in egritudinib^9 alÿs q₂ in egritudinib^9 p̄mis ⁊
tn̄ reducunť ad illā.Nā lenitas sup̄flua nō reduciť nisi ad hūidita
tē aqueā.Aspitas aūt nō reduciť nisi ad siccitatē nimiā.Nā sicci
tas est cā asperitatis corporis:mollities est cā lenitatis ⁊ ꝓpte
rea pmutatio in istis nō diciť egritudo.Similiter diaphaneitate
cornee:lȝ enī diaphaneitas cornee nō sequať qualitates p̄mas q₂
pōt esse in aliquo corpe sine q̄litatib^9 ipsis:tn̄ in mixtis nō pōt esse
nec hȝ fieri nisi ꝫm habūdantiā el'nti aerei sic̄ opacū nō accidit in
mixtis nisi ex habūdantia illius terrestris:⁊ q₂ sic est iō egritudo
illa fuit derelicta.⁊ ex alio ꝙ causauit illaȝ diaphaneitatē:⁊ pp h̄
ipsa nō est ꝓprie morb^9:sȝ accidēs morbi:⁊ ppea Gal'.dicit ꝙ cor
nea nō fuisset lucida:nec fuisset talis complexionis.⁊ iste est vnus
modus soluēdi.¶Alio mō possum^9 r̄ndē ꝙ pmutatio in aspero ⁊
leni aut in diaphaneitate cornee nō sit egritudo sȝ cā egritudinis:
⁊ rō est q₂ q̄litas que īpedit iuuamētū nō est morb^9:sed cā morbi
vt appet de accidēti ⁊ morbo:ipse.n.ponit ibi ꝙ si fiat pmutatio
in q̄litate que facit iuuamētū ꝙ talis nō dr̄ egritudo:sed cā egritu
dinis:sed q̄litas que aufert opōnē dr̄ egritudo:mō permutatio in
molli ⁊ duro simil'r in diaphano vꝫ īpedire q̄litates que faciūt iu
uamētū dicenť cāe egritudinis ⁊ nō egritudo:q̄re ⁊c̄.¶Sed dicet
aliq̄s nō vꝫ.nā lȝ ablatio iuuamētū respcū alteri^9 mēbri nō dicať
egritudo:tn̄ respectu morbi ꝓprÿ nō cui^9 est iuuamētū nō dr̄ cā:sȝ
egritudo.Dōm ꝙ iuuamēta sunt duoꝝ modoꝝ.q̄dā sunt que inse
quunť corpa siue mēbra ꝫm ꝙ aīata.q̄daȝ aūt sunt que ꝯsequunť
corpa siue mēbra nō ꝫm ꝙ aīata:sed ꝫm ꝙ corpa.ablatio p̄mi iu
uamēti bene faceret egritudinē sicut pulmo diciť deseruire cordi
in attractione aeris ⁊ deseruit sibi ꝫm ꝙ aīatus:⁊ ablatio talis iu
uamēti bene facit egritudinē sed ablatio alterius nō.Nā hec ope
ratio que est sustētare que debeť ossi ita fieret si ossa essent aīata
sicut si nō essent:⁊ ideo ablatio taliū nō facit egritudineȝ:sed ista
est q₂ causa egritudinis.¶Tertio mō posset responderi ⁊ est p̄n
cipalis r̄nsio ad argumētū de diaphaneitate ⁊ dic ꝙ illa egritudo
reducereť ad genus egritudinū cōpōnis:⁊ tunc illa egritudo esset
egritudo in sup̄ficie:q₂ aliq̄d diaphanū ex h̄ qd̄ hȝ sup̄ficiē tersaȝ

ꝛ politā: ꝛ si exasperet͂ aufert͂ illa luciditas. Et ideo cicatrix simil'r reducit͂ ad morbū superficiei. ꝛ huius signum est. nā auctores ponentes curaꝫ maxime ponunt per abstergentia ꝛ propterea que planificant superficiem cornee propter quedam ꝛc̄.

## ¶ De egritudinibus cōpositionis. Cap. 3^m.

Compositionis egritudines quatuor comprehenduntur generibus: egritudines creature: egritudines quantitatis: egritudines numeri ꝛ egritudines situs.

¶ Supra ostēdit Aui. quot ꝛ que sunt gn̄a egritudinuꝫ ꝛ excusauit se a ꝓsecutiōe vni⁹ illoꝝ generū puta a gn̄e male cōplexionis. In pte ista est ei⁹ itētio determinare de alijs duob⁹ gn̄ibus: puta de egritudinib⁹ cōpōnis ꝛ solōnis ɔtinuitat̄. Et diuidit͂ hec ps i ptes duas. Nā p̄ ꝓsequit͂ de egritudinibus cōpōnis. Scd̄o ꝓsequit͂ de egritudinibus solōnis ɔtinuitatis. ibi vo (Solōnes ɔtinuitatis.) ¶ Pria hꝫ. z. Prio p̄mittit quot ꝛ q̄ sunt modi egritudinū cōpositionis. Scd̄o ꝓseq͂t. ibi (Et creature qdē egritudies. ¶ Juxta ptē p̄mā vos debetis aduertē ꝙ per egritudines cōpōnis ip̄e itelligit egritudines factas in plasmate aut in forma. p egritudies factas in q̄ntitate ip̄e itelligit egritudies factas in magnitudine aut puitate. qd̄ dixit in nuō itelligit egritudinē factā eē in q̄ntitate discreta. Nā q̄ntitas est duplex. qdā est q̄ntitas ɔtinua qdā discreta. peccatū factū in q̄ntitate ɔtinua nō habuit nomē distinctū: sꝫ retinuit sibi nomē generis: sed peccatū q̄ntitatis discrete vocatū est peccatum numeri eo ꝙ numerus est ibi augmētatus cū nō debeat esse. ¶ Juxta qd̄ vos debet̄ aduertē ꝙ appellat peccatū cōpōnis peccatuꝫ plasmatis siue forme creature: q͂ recte talis plasmatio dr̄ creatura: qn̄ respcū ipsi⁹ creatio ꝛ gn̄atio rei: lꝫ ad gnōnē ɔcurrat q̄ntitas ꝛ numer⁹: ꝛ sic tn̄ p̄ncipalis iter ista vr̄ eē forma: ꝛ iō virt⁹ q̄ est in semine vocat͂ informatiua vel plasmatiua. ꝛ q͂ ista forma vel plasma maxime cōsistit in cōpōne vt forma artificiali illius: ꝛ vr̄ idcirco ꝙ h̄ nā sit nā q̄ assimilat͂ forē quā fac̄ ars i artificiato: h̄ aūt ē maxie figura ꝛ via ꝛ ɔcauitas ꝛ sup̄ficies. Talia. n. opa fiunt ab artifice in artificiato pp h̄ plasma dr̄ eē de illis q̄tuor ꝛ egritudines plasmat̄ fiunt ex peccato facto in aliq̄ istoꝝ quatuor.

Dub^m p^m ¶ Sꝫ tūc ē dubitatio vtꝝ egritudo ɔsistat in his q̄tuor gn̄ib⁹. Et vr̄ ꝙ nō: q͂ egritudo ꝛ sanitas dn̄r eē de p̄^a spē q̄litatis. Nūc aūt q̄ntitas nō est de gn̄e q̄litatis sed q̄ntitatis. sil'r plasma nō est in p̄^a spē q̄litatis sed in 4^a: q͂ forma ꝛ figura sūt de 4^a spē q̄litatis q̄re circa ista nō vr̄ attēdi eē egritudinis. p̄terea circa illa nō attēdit͂ esse egritudinis q̄ fit in dispōne q̄ nō est p̄n^m opōnis: sꝫ pctm̄ in istis fit circa aliq̄ in qb⁹ nō ɔsistit p̄n^m opōnis. ꝛ h̄ māifestabat͂ q͂ egritudo est q̄litas imediate ledēs actū: ℥ in illa dispōne nō attēdit͂ lesio opōnū que nō est p̄n^m opōnis: nūc aūt q̄ntitas nō vr̄ eē p̄n^m opōnis nec ēt numerus: q͂ se tenēt a pte māe. sil'r plasma isequit͂ q̄ntitatē rei. situs ēt nō videt͂ p̄n^m opōnis. ꝛ h̄ declarabat͂: q͂ p̄m Gal. in 6. de iteriorib⁹ cap̄. vlt. opōnes fiunt ex sb̄a mēbri ꝛ nō ex situ. Un̄ dicit ꝙ si cor eēt alibi faceret opōnē suā: q̄re ꝛc̄. ꝛ h̄ ɔfirmat͂ auc. Aui. ꝛ Gal. in p̄ de iuuamētis mēbroꝝ cap̄. z. dicit͂. n. ꝙ qui vult scire vtilitates ꝛ iuuamēta opꝫ ꝙ cognoscat p̄n^m opōnis: ꝛ per ɔn̄s ꝙ defect⁹ in illis mēbris possit facē egritudinē. ¶ Dōm ꝙ p̄mutatio facta in his dr̄ facē egritudinē in mēbris organicis. Qr̄ āt permutatio in his faciat egritudinē declarat͂: q͂ in his esse egritudinis sicut appet ex dictis ꝛ aucto. Gal. p̄ de accidēti ꝛ morbo cap̄. 4. notificat͂ nobis ex nā que est p̄n^m opōnis: ꝛ per h̄ tot sūt signa egritudinuꝫ quot sunt nāe que reperiunt͂ in mēbris que sunt p̄n^m opōnis: ꝛ quot sunt p̄n^a mēbroꝝ organicoꝝ tot etiā erūt egritudines. Nūc aūt nāe que reperiunt͂ in istis sunt. s. plasma q̄ntitas numerus ꝛ situs. Istas. n. nōs reperimus in mēbris organicis q̄re ꝛ defectus in istis faciet egritudinē: ꝛ in hoc differūt ista mēbra organica a mēbris ɔsimilib⁹: q͂ mēbra ɔsimilia solū isequunt͂ modū cōplexionis. vnde ꝛ oēs egritudines cōplexionales fiunt in illa q͂ cōplexio ɔsistit in alteratione sola: vnde operatio mēbroꝝ ɔsimiliū ɔsistit in alteratione debita soluꝫ: sed opōnes mēbroꝝ organicoꝝ ɔsistūt in debita ꝓportiōe pluriū mēbroꝝ puta neruoꝝ chordarū ligamētoꝝ ꝛc̄. In debito plasmate debito numero ꝛ figura ꝛ situ ꝓpter qd̄ ex p̄mutatiōe pluriū pōt accidē egritudo in membris organicis: sed in mēbris ɔsimilib⁹ p̄mutatione vnius solū. Et ex his appet solō ad obta. ¶ Tu dicis nō videt͂ ꝙ p̄mutatio in his faciat egritudinē: q͂ egritudo est de p̄ma specie q̄litatis. Dōm ꝙ vno mō Aristo. locutus est de egritudine p̄m ꝙ reperit͂ in complexione: ꝛ h̄ est verū de q̄libet sanitate ꝛ egritudine: ꝛ q̄re solū Ari. fuit locutus de isto gn̄e morbi est q͂ talis morb⁹ erat famosior et notior. Uel al'r pōt responderi ɔcedēdo ꝙ oīs morbus sit in p̄ma specie q̄litatis. ¶ Tu dicis ꝙ plasma ꝛ numerus nō sunt de prima specie q̄litatis. Dōm ꝙ plasma ꝛ numerus pn̄t dupl'r cōsiderari, Uno mō absolute ꝛ p̄m seipsa: ꝛ vt sic ipsa nō sūt de prima specie q̄litatis. Alio mō pn̄t ɔsiderari ꝓut in ipsis attendit͂ tēperamentū aut distēperamentū p̄m ꝙ dicimus ꝙ sanitas mēbroꝝ organicoꝝ ɔsistit in q̄ntitate tēperata ꝛ numero tēperato plasmate ꝛ situ ēt tēperato: ꝛ vt sic pn̄t dici de p̄ma spē q̄litatis. ¶ Ad aliud. Tu dicebas illa p̄mutatio que facta est in nā que non est p̄n^m opōnis nō dꝫ dici egritudo ꝛc̄. Dōm ꝙ veꝝ est. Juxta qd̄ vos debetis aduertere sicut declaratū est in p̄n^o de iuuamētis mēbroꝝ ꝛ de accidenti ꝛ morbo ꝛ. 7. de ingenio. cā cuiusqꝫ opōnis est cōplexio ꝛ huius rō est. vꝫ. ꝙ cōplexio sit cā cuiuscūqꝫ opōnis ꝛ nō cōpositio: q͂ cōpositio nō est p̄n^m opōnis: sed quelibet operatio mēbri officialis fit per aliqꝫ particulā ɔsimilē que est p̄n^m illius: sed particula ɔsimilis nō facit operationē suā nisi per nām que est complexio. Causa aūt ꝛ rō pp quā q̄libet operatio mēbri officialis fit per aliquā vnā particulā mēbri ɔsimilis est: q͂ vbicūqꝫ ē m'titudo si illa faciat vnū opꝫ ꝙ sit vbi vnū p̄ncipale: ꝛ est simile in mēbris organicis sicut in toto hoīe. nā membra corporis nostri nō faciunt nisi in ordine ad vnū p̄mū: ita ꝛ in mēbris organicis si debeāt facē aliquā vnā operationeꝫ opꝫ ꝙ ibi sit aliq̄ vna pticula p̄ncipalis que sit p̄ncipiū illius operatiōis. Et nō debetis imaginari ꝙ quelibet pticula faciat ptē illius opationis sicut decē hoīes trahūt nauim q͂ vnusq̄sqꝫ trahat ptē illius nauis. sed opꝫ ꝙ in mēbro organico sit vna pticula principalis que sit p̄n^m illius opōnis: alia aūt sicut coadiuuātia ꝛ deseruiētia: ꝛ q͂ ista pticula nō est nisi mēbri ɔsimilis ꝛ mēbra ɔsimilia nō faciūt opōneꝫ suā nisi per nām suā que est cōplexio. Jdcirco oēs opōnes fiunt mediāte opōne mēbri ɔsimilis vel cōplexionis. Jtem oēs opōnes fiunt ab aīa mediāte calido nāli vt fundat͂ in cōplexione: ℥ cōplexio est cā oīum actionū. Et lꝫ cōplexio sit cā cuiuscūqꝫ opōnis tn̄ cōcurrit ibi cōpositio sine qua nō pōt fieri opatio nisi q͂ iuncta cū alijs particulis: ꝛ hoc est ꝙ ad illū actū ɔcurrit debita cōpositio mēbroꝝ organicoꝝ: ꝛ ista est debita vnio ꝛ ꝓpterea cōpositio est ēt cā opōnis: ꝛ pp hoc p̄mutatio in illa nā facit egritudinē puta si est disproportio facta in illa adinuicē: ꝛ q͂ nō ɔtingit ibi ɔsiderari aliā cōpōnē nisi que est vni⁹ vnio cū alio: iō facta p̄mutatione in tali vnione que erat cā opationis nō fiet opatio ꝛ per ɔn̄s ibi erit egritudo. Deinde cū dicit.

¶ Et creature qdē egritudines q̄tuor cōprehendunt͂ gn̄ib⁹. Primū genus sunt egritudies figure ꝛ est vt figura a suo cursu nāli mutet͂: ꝛ ex eius motu ꝓueniat in operatione nocumentuꝫ sicut est tortura recti ꝛ rectitudo torti quadratura rotundi ꝛ rotunditas quadrati. Cuiusmodi est capitis rotunditas cū latitudine cum prouenerit inde impedimentū ꝛ multa stomachi rotūditas: ꝛ vt in crystalloide non sit parua latitudo.

¶ In parte ista ꝓsequit͂ ꝛ diuidit͂ hec pars in duas. Nā p̄ ꝓsequit͂ de egritudinibus factis in plasmate. Et z^o exequit͂ de alijs. z^a ibi (Egritudinū aūt q̄ntitatis.) Prima hꝫ duas. Nā p̄mo ipse p̄mittit quot ꝛ que sunt egritudines facte in plasmate. Scd̄o ꝓsequit͂. z^a ibi (Et p̄mū est egritudines figure.) Et ista hꝫ partes quatuor p̄m ꝙ quatuor ponit genera morboꝝ qui fiunt in plasmate. z^a ibi (Et scd̄m.) tertia ibi (Et tertiū.) quarta ibi (Et quartū est egritudies superficieꝝ.) ¶ Egritudines etiā creature que sunt tot quot sunt nature perficiētes plasma. q͂ ergo nature perficiētes plasma sūt quatuor: ideo quatuor sunt egritudines: q͂ pōt cōtigere egritudo plasmatis aut rōne forme membri: aut rōne vie: aut ratiōe receptaculoꝝ: aut ratione superficiei sicut omnia illa requiruntur ad plasma puta forma p̄m ꝙ debet esse ꝛc̄. Deinde cum dicit.

¶ Et scd̄m est egritudines viaruꝫ quaꝝ sunt tres sp̄es: q͂ aut dilatant͂ sicut dilatatur oculus: ꝛ sicut sebel et varices: aut ɔstringunt͂ sicut ɔstringit͂ oculus ꝛ penetratio attrahēdi aerem ꝛ mery. Aut claudunt͂ sicut oppilatio foraminis vue ꝛ venarum epatis ꝛ alioꝝ.

¶ Ponit z^m genus. egritudies aūt viaꝝ sunt tm̄ tres ꝛ nō plures: neqꝫ pauciores: q͂ aut via ɔstringit͂ aut dilatat͂: si dilatat͂ est vnus modus: si cōstringit͂ hoc est dupl'r: aut illō ē de sb̄a mēbri: aut est aliqd extraneū: ꝛ vnūq̄dqꝫ istoꝝ: aut claudit viā in totū: aut oppilat: ꝛ p̄m hoc accipiunt͂ duo modi egritudinū. Deinde cum dicit.

¶ Et tertiū est egritudines receptaculoruꝫ ꝛ ventriculoruꝫ quarū sunt quatuor species: q͂ aut fiunt maiora ꝛ dilatant͂ sicut testiculoꝝ dilatat͂ folliculus. Aut minorant͂ ꝛ ɔstringunt͂ sicut minoratio ꝛ ɔstrictio stoma-

chi ⁊ ꝯstrictio vētriculoꝝ cerebri cū est epilepsia. Aut oppilant̄ ⁊ implent̄ sicut oppilant̄ ventriculi cerebri cū est apoplexia. Aut euacuant̄ ⁊ deserunt̄ sicut euacuant̄ ventriculi cordis sanguine cū multū gaudium pernitiosum adest aut multus timor pernitiosus.

¶ Notificat tertiū gen⁹: circa quā ptē debetis aduertē plura. Primū ꝙ receptaculū differt a via: q2 mēbrū dr̄ via alicui⁹ delatiōis sic̄ in extrīsecis. nos videm⁹ ꝙ illa dr̄ via ꝑ quā aliqd defert̄. ⁊ in corpe dicim⁹ ꝙ mery est via ꝑ quā trāsit cib⁹ ad stōchū. Sed receptaculū aut vētriculus dr̄ rōne ꝯtinētie siue sit aliqd nāle siue sit aliqd supfluū sic̄ stōchi ⁊ chistis fellis: ḡ in h̄ dr̄nt q2 receptaculū est rōne ꝯtinētie: via aūt rōne deferētie: ⁊ pp̄ h̄ receptacula fuerūt maioris ꝯcauitat̄ ⁊ maioris spatiositatis q̄ȝ vie: ⁊ hic̄ est ꝙ in receptaculis cadit vnus modus egritudinis q est per euōnē supfluā ei⁹ qd̄ dȝ suscipi ⁊ ꝯtineri in eis q nō cadit circa mēbrū qd̄ est habēs viā. ¶ Scd̄o vos debet̄ aduertē ꝙ egritudines in receptaculis fueruat tm̄ q̄tuor ⁊ nō plures neq̄ pauciores. Rō est: q2 egritudo que accidit in receptaculis accidit aut rōne ꝯtenti aut rōne sub̄e mēbri. si rōne sub̄e mēbri: aut q2 nimis dilatat̄ aut q2 nimis ꝯstringit̄: ⁊ sic sumunt̄ due egritudines. aut h̄ rōne ꝯtēti: ⁊ hoc est dupliciter. vno mō q2 euacuat̄ plus ab ip̄o q̄ȝ debeat: ⁊ tūc accidit vnū peccatū qd̄ qdē nō pōt accidere in via. aut euacuat̄ minus q̄ȝ dȝ: ⁊ q2 plurib⁹ modis nō pōt accidē peccatū in receptaculis: ideo fuerunt tm̄ quatuor egritudines ⁊ nō plures neq̄ pauciores.

Dub[m] 2[m] ¶ Postea est dubitatio de eo qd̄ dicit ꝙ in epilepsia fit cōstrictio ventriculorum cerebri. nam epilepsia fit ex contractione cerebri ad expellendum materiam nociuam.

Dub[m] 3[m] ¶ Postea est dubitatio de eo qd̄ dicit in fine sic̄ euant̄ vētriculi cordis pp̄ multū gaudiū pnitiosuȝ aut pp̄ multū timorē. de gaudio q̄liter ad ip̄m sequat̄ euatio nō est dubitatio: sȝ dubitatio est de timore. Videt̄. n. ꝙ ad timorē nō sequat̄ euō ei⁹ qd̄ ꝯtinet̄ in corde: q2 ex ira accidit mot⁹ de exteriorib⁹ ad īteriora q̄re in timore nō accidit euō. ¶ Dōm est ad p̄ᵐ ꝙ in epilepsia accidit ꝯstrictio ventriculoꝝ cerebri: q2 epilepsia est mot⁹ ꝯctiu⁹ cerebri ad expulsionē m̄āe nociue pp̄ quē motū cerebri ꝯ m̄ām ꝯctiuū fit spasmus in toto sic̄ pȝ. 3. de īteriorib⁹. cap̄. 4. in apoplexia nō est h̄ motus: sed oppil̄o sola. Tn̄ debet̄ aduertē ꝙ epilepsia est duplex. q̄dā est ꝓpinq̄ via apoplexie: quedā aūt est multū dr̄ns ab ip̄a. p̄ᵃ accidit ex m̄ā oppilāte sic̄ ēt apoplexia. Vn̄ sicut apoplexia fit rōne alicuius ꝯtēti in vētriculis cerebri: ita ⁊ ista: sȝ est dr̄ia. nā apoplexia fit ex aliq̄ m̄ā corporali replēte vētriculos cerebri: sȝ epilepsia nō soluȝ fit ex m̄ā corꝑali: sȝ ex m̄ā stāte sub forā vaporis pp̄ h̄ in ip̄a mouet̄ cerebrū motu ꝯctiōis ad h̄ vt expellat illud nociuū ad talē ꝯctionē ꝯsequit̄ spasm⁹ in toto: sȝ in apoplexia accidit solū oppilatio ex q̄ cōtingit mollificatio sola: ⁊ ex his pȝ sol̄o ad p̄ᵐ. ¶ Ad 2ᵐ est dōm: qn̄ tu queris q̄uo accidit euō sanguis timore. dicebas tu nō videt̄ ad timorē ⁊c̄. ¶ Ad h̄ ego nō video nisi duplicē modū rn̄dendi. Vn⁹ est vt exēplū qd̄ ponit de timore nō referat̄ ad dilatationē: sȝ potius ad ꝯstrictionē: q2 in timore nō accidit dilatatio sȝ potius cōstrictio: sed in gaudio pp̄ aliqd̄ delectabile bene accidit ibi ampliatio: ḡ in gaudio bene accidit mors pp̄ dilatationē ⁊ resol̄onē: sed in timore accidit mors pp̄ ꝯstrictionē ⁊ suffocationē. Vel possumus al̄r rn̄dē. Juxta qd̄ debet̄ aduertē ꝙ in timore est duplex tp̄s. Vnū est q̄ȝtū ad sui p̄nᵐ: ⁊ in isto tp̄e non vident̄ euari vētriculi cordis calore ⁊ sanguine cū in p̄nᵒ accidat coꝝ retentio versus cor. Aliud tp̄s in q̊ iā īcipit fieri extēsio caliditatis īnate: ⁊ tūc īcipit calor extigui in ventriculis cordis: ḡ talis mot⁹ siue euō accidit qn̄ iā timor ꝓlōgat̄ vt ex ip̄o accidat extensio caliditat̄ in corde ⁊ ꝯsumptio san. ⁊ hūiditat̄ in ip̄o: ⁊ tūc cal̄itas deserit p̄nᵐ ⁊ venit ad exteriora: ⁊ simile accidit h̄ vidē sicut in igne: qn̄. n. apponunt̄ multa ligna nō in p̊ coadunat̄ ⁊ restringit̄ ⁊ extinguitur: ⁊ tūc venit ad exteriora. Debet̄. n. aduertē ꝙ sp̄us ⁊ calor h̄nt duplicem motū. Vnus ꝺm quē relegata a n̄ā regitiua totius sunt: ⁊ iste mot⁹ est ad cor vt ad p̄nᵐ: q2 mot⁹ talis ē vt ad suū p̄nᵐ. Alio mō mouent̄ ista īquātū calida ⁊ vt derelicta a gubernatione aīe: ⁊ tūc accidit mot⁹ solū vt sunt calida: sȝ calidi est mouere a cētro ad circūferētiā: ⁊ tūc mot⁹ a corde ad exteriora. Et h̄ est cā cuiusdā sensati pp̄ qd accidit ꝙ qdā an̄q̄ȝ moriant̄ efficiunt̄ frigidi: postq̄ȝ aūt sēt mortui efficiunt̄ cal̄i: q2 an̄q̄ȝ morirent̄ mouet̄ calor vt regulat⁹ a v̄tute regitiue toti⁹: sȝ postq̄ȝ mortu⁹ ē mouet̄ calor motu ꝓp̄o q ē a cētro ad circūferētias: ⁊ pp̄ h̄ ipsi apparēt cal̄i. Deide cū dicit.

¶ Et quartū est egritudines supficierū membroꝝ. Et sunt q2 aut fit lene qd̄ dȝ esse asperū sicut os stomachi ⁊ intestina cuȝ leniunt̄: aut exasperant̄ qd̄ dȝ esse lene sicut trachea arteria quādo exasperatur.

¶ In parte ista determinat de alio genere. Deinde cum dicit.

¶ Egritudinū aūt quātitatis due sunt sp̄es: q2 aut sunt ex gn̄e augmēti sicut est elephātia ⁊ magnitudo virge ⁊ est egritudo que vocat̄ thersin⁹: aut sic̄ accidit cuidā hoi q vocabat̄ Nicomachus cui⁹ oia mēbra adeo creuerūt ꝙ se mouē nō potuit. Aut sunt ex gn̄e diminutionis sicut siccitas lingue ⁊ pupille: aut vt ptisis.

¶ Prosequit̄ de scd̄o genere egritudinum compositionis.

¶ Numeri quoq̄ȝ egritudines aut sunt ex gn̄e augmēti: ⁊ hoc quidē augmentuȝ: aut est naturale sicut dens additus aut digitus additus: aut est nō naturale sicut glādula aut lapis. Aut ex gn̄e diminutionis. Et diminutio hec est nālis sicut cuȝ alicui nō creat̄ digit⁹: aut nō naturalis sicut cū alicui abscindit̄ digitus.

¶ In ista pte ꝓseq̄t̄ de 3ᵒ gn̄e egritudinū cōpōnis. Debet̄ aduertē ꝙ egritudines facte sūt duoꝝ modoꝝ aut ꝑ supabūdātiā aut per supdiminutionē. ¶ Sȝ dices tu q̄re circa nūeꝝ rei nālis ꝯtigit duplex egritudo. vȝ. augmēti ⁊ diminutiōis: vn̄ augmētū ī re nāli fac̄ egritudinē ⁊ dimīutio in re nāli fac̄ egritudinē: sȝ circa rē īnālē nō cadit nisi vna egritudo puta augmēti. Dōm ꝙ circa augmētū ⁊ dimīutionē cadit egritudo: q2 vtrūq̄ pōt fieri n̄ ꝺȝ ōbitā ꝓportionē. circa āt rē īnālē n̄ cadit nisi vna egritudo puta augm̄ti. dimīutōis āt n̄ q2 dimīutio ī re p̄ter nāȝ n̄ fac̄ egritudinē: sȝ poti⁹ ē cā sanitat̄.

Dub[m] 4[m] ¶ Sȝ circa augmētū in nuō rei īnālis est dubitatio: vtꝝ lapis in vesica sit egritudo in nuō: ⁊ simil̄r de lūbricis. Et videt̄ ꝙ nō: q2 lapis est sub̄a q̄dā: morb⁹ est q̄dā q̄litas: ḡ nō est egritudo: ⁊ per ꝯn̄s nō erit egritudo in numero. Preterea h̄ arguit̄ fortius. Illud non est egritudo qd̄ nō ledit actū virtutis regitiue īmediate: sed mediante alio: sed lapis in vesica nō ledit actū virtutis regitiue īmediate q̄re ⁊c̄. ma. nō est. ꝓbatio mīoris q2 lapis ledit: aut q2 oppilat aut q2 ꝓhibet delationē vrine per corp⁹. Ista aūt reducunt̄ ad morbū in via pp̄ qd̄ ⁊c̄. Et pp̄ hoc sunt modi qdā ad ponēdum ꝙ lapis in vesica nō sit morb⁹: sed sit cā morbi in nuō ⁊ mouent̄ ad ponendū eo mō ꝙ sextus digit⁹ nō est morb⁹: sed cā morbi in nuō ⁊ mouentur ad ponēdū q2 iste sunt q̄dā sub̄e: morb⁹ aūt est accidēs. ¶ Sed ista positio est falsa ⁊ ꝯtra mentem Gal̄. in p̊ de accidēti ⁊ morbo cap̄. 8ᵒ. ꝙ qn̄ lapis ledit īmediate actū virtut̄ est egritudo. qn̄ aūt ledit in īcessione est cā egritudinis. Si enī illud qd̄ ipsi ponūt fuisset verū ꝙ lapis fuisset semꝑ cā morbi: ad qd posuisset Gal̄. illā distinctionē. Itē q̄re ponūt plus aucto. ꝙ sit morb⁹ de lapide q̄ȝ de humore ꝙ sit morb⁹ ⁊ tn̄ nullus ponit ꝙ humor sit cā morbi. Iterū rō quā ponūt ꝙ lapis est sb̄a morb⁹ est q̄litas nō vȝ. q2 dato ꝙ lapis sit sub̄a ⁊ sit cā morbi sic lapis est sub̄a ⁊ cā erit vt sub̄a: ḡ si nō sunt egritudines q2 sub̄e: ⁊ nec ēt erūt cāe q2 sub̄e: q2 si morb⁹ nō pōt esse sub̄a nō ēt sub̄a poterit esse cā. Preterea si lapis eēt cā egritudinis: tūc sequeret̄ ꝙ nō posset fieri morb⁹ in nuō per additionē rerū nō nāliū. ꝯn̄s est falsuȝ: ḡ ēt an̄s. falsitas cōsequētis est nota. ꝓbatio ꝯsequētie: q2 manifestū est ꝙ lapis existēs in vesica facit numerū cū nō sit de sub̄a vesice sicut sextus digitus qui facit numerū: q2 est de essentia manus: ḡ cū nō causet numerum fit de essentia vesice. ⁊ si sit cā ꝺm te erit cā alicui⁹ alterius morbi puta excoriatiōis vel alterius. ⁊ fundat̄ rō sup h̄: q2 illud qd̄ est cā efficiēs alicui⁹ nō est illud: ḡ si lapis est cā efficiēs numeralis nō erit in lapide dispō numeralis. Nūc aūt manifestum est ꝙ lapis facit dispōnē numeralē: ⁊ iō est dōm ꝙ lapis est egritudo. Et rō est q2 illud dr̄ esse egritudo qd̄ ledit actū sine aliq̄ dispōne ītercidēte: lapis est hmōi: q̄re ⁊c̄. Juxta qd̄ debetis aduertē ꝙ lapis in vesica pōt ledere duplicē actū. aut pōt ledē actū delationis: aut pōt ledē actū aggregatiōis. ⁊ si īpediat istos actus dico ꝙ est cā morbi: q2 tūc ītercidit alia dispō media puta oppilatiōis. Scd̄o pōt ledere actū ꝯctionis per quē expellit: ⁊ tūc si ledat istū actum dico ꝙ est egritudo ⁊ est egritudo in numero: q2 est cuȝ aliquo mēbro qd̄ nō dȝ eē ꝙ sua grauedīe ⁊ sua assistētia ledat. Debet̄ tn̄ scire ꝙ lapis dupl̄r pōt ꝯsiderari. vno mō ꝺm se ⁊ sic nō fac̄ egritudinē. alio mō pōt ꝯsiderari nō ꝺm se: sed ex assistētia illoꝝ cātur qdā numerus ⁊ quedā dispō in mēbro: ⁊ sic facit egritudineȝ in numero: ⁊ pp̄ h̄ dicimus ꝙ vesica patit̄ lapidē ⁊ nō dicim⁹ ꝙ patiat̄ humorē. ¶ Et ex his appet solutio ad obiecta. Ad primū dico ꝙ morbus nō est in vno p̄dicamēto: sed pōt esse ⁊ in p̄dicamēto sub̄e ⁊ q̄ȝtitatis pp̄ qd̄ argumētū nō ꝯcludit. ¶ Ad aliud tu dicis. illud nō est egritudo qd̄ non ledit actū īmediate ⁊c̄. dico ꝙ si ledat illos duos actus est

causa egritudinis: vnde non est inconueniens ꝙ aliquod vnum ⁊ idem ſm se possit esse cã ⁊ morb⁹ diuersimode vt dictum est.

¶ Egritudines vͦo situs. Et situs qdem ſm Gal. dicit̃ pro loco ⁊ dicitur pro societate sunt quatuor. Exitus membri a iunctura sua aut vt a suo moueat̃ situ: ita ꝙ nõ egrediat̃ sicut scissura que cõparat̃ intestinis. Aut vt moueat̃ subito motu in eo nõ ſm cursum naturalez neqꝫ voluntariũ sicut tremor. Aut in suo figat̃ loco ⁊ nõ moueat̃ ab ipso queãdmodũ accidit ei cũ iuncture in egritudine podagre indurantur.

¶ Supra determinauit Auicẽ. de egritudinũ generib⁹ que fiunt in q̃tto ⁊ ẽt numero. In ista pte est ei⁹ intẽtio determinare de egritudinib⁹ que fiunt ex situ: ⁊ qꝛ situs sumit̃ pro duobus p̃mo sumit̃ pro loco: scđo ꝓ societate: iõ duo facit. Prĩo determinat de egritudinib⁹ que fiunt in situ ſm ꝙ situs sumit̃ ꝓ loco. In scđa parte determinat de egritudinib⁹ factis in situ ſm ꝙ situs accipit̃ pro societate. 2ª ibi (Egritudines vͦo societatis.) ¶ Debetis aduertẽ sicut apparet in alia scĩa situs dicit duo ⁊ dicit locũ ⁊ dicit ordinẽ partiũ in loco. Sed Auer. ponit quãdã aliã ordinationẽ ipsa tñ referat̃ ad sitũ. ⁋ Sed dices tu q̃uo accidit egritudo ex motione mẽbroꝝ de loco suo qm̃ membra non dicunt̃ esse sicut in loco: ſꝫ sunt sicut partes in toto. Dõm ꝙ lꝫ membra habeant esse sicut in toto habent esse vt partes. Nõ tamẽ est incõueniẽs ꝙ cõparãdo vnũ membrũ ad aliud ipm̃ sit in alio sicut in loco ⁊ simile est hic sicut in vniuerso. Nam lꝫ ista dicantur in vniuerso sicut partes in toto nõ tamẽ est incõueniens ꝙ facta cõparatione vnius ad alterũ aliqd dicat̃ esse sicut in loco. Ratio aũt ⁊ causa q̃re sunt q̃tuor egritudines in situ est ista: qꝛ aliqd cõparat̃ ad locũ dupliciter. aut sic habens esse in loco aut sicut motum in loco. si sicut habens esse: ⁊ hoc dupliciter: qꝛ aut remouet̃ a loco ſm totum: aut remouet̃ ſm partem que vel totaliter remouet̃ vel nõ totaliter. si aũt cõparet̃ sicut motũ in loco hoc dupliciter: vel mouet̃ qꝛ nõ dꝫ vel quiescit cũ deberet moueri sicut iuncture podagricoꝝ. Deinde cum dicit.

¶ Egritudines vͦo societatis oẽm colligũt dispositionem quã hꝫ membꝝ cõparatione sua ad aliud qđ sibi vicinũ existit siue ei appropinquet siue ab eo elonget̃ nõ ſm cursum nãlem. Et sunt duarũ specierũ. vna est vt accidat ei prohibitio motus sui ad ipsum. aut vt diu riter sit postq̃ꝫ possibile erit sicut digitus cũ sibi vicinum tangere ꝓhibet̃. aut cũ accidit ei vt ab eo moueri prohibeat̃: aut vt separet̃ ab eo postq̃ꝫ erat possibile: aut sit difficile sic̃ palpebre laxatio ⁊ iũcturaꝝ laxatio ĩ paralysi ⁊ durities aperiẽdi manũ ⁊ aperiẽdi oculũ.

¶ In parte ista Auicen. notificat egritudines situs ſm ꝙ situs accipitur pro societate ⁊ est planum.

¶ De egritudinib⁹ solõnis ꝯtinuitatis. Cap. 4ᵐ.

Solutionis vͦo cõtinuitatis egritudo plerũqꝫ accidit cuti ⁊ vocat̃ excoriatio aut scarificatio. Et plerũqꝫ accidit carni que est ei ꝓpinq̃ in qua nondũ factum est pus ⁊ vocat̃ plaga: sed cum pus fit ibi vocatur vlcus.

¶ In parte ista postq̃ꝫ Auicẽ. determinauit de egritudinib⁹ cõpositionis: nũc determinat de alio genere egritudinis: puta de genere solutionis ꝯtinuitatis ⁊ valde inordinate ꝓcedit. Primo ẽ ponit quot ⁊ que sunt species solute ꝯtinuitatis: ⁊ qꝛ spẽs siue modi solute ꝯtinuitatis diuersitatẽ ⁊ distinctionẽ recipiũt solũ ſm mẽbra in qbus fiunt: iõ solũ ponit distinctionez solute ꝯtinuitatis penes mẽbra in qbus fiunt. Et p̃mo ponit diuersitatẽ siue modos solute ꝯtinuitatis ſm ꝙ ipsa accidit in cute. Et scđo ſm ꝙ accidit in mẽbris alijs. 2ª ibi (Et q̃nqꝫ ẽt accidit ossi.) ¶ Prima pars hꝫ duas. Primo p̃mittit modos solute ꝯtinuitatis ⁊ diuersitatẽ ipsi⁹ ſm ꝙ accidit in cute. Et 2ᵒ declarat qđdã. ibi (Si aũt pus.) ¶ Circa primã ptẽ debetis aduertẽ aliqd gñale qđ est gñale toti caplõ.

Dub^m p^m ¶ Aliqs posset q̃rere cũ egritudo ꝯtingat in distẽperamẽto põt cõtingere in ista versus amplius aut versus minus sicut in alijs nũquid possit accidere ita hic in isto genere ista distemperantia. Et videt̃ ꝙ nõ: qꝛ Aui. nõ facit mẽtionẽ đ tali distẽperamẽto. In oppositũ vꝫ qꝛ sicut in alijs naturis est plus vel minus ⁊ est tẽperamẽtũ ⁊ distẽperamentũ: ita ⁊ in isto gñe. Dõm est ad h̃. Iuxta qđ vos debetis aduertere ꝙ gña egritudinũ pñt distĩgui dupliciter. Uno mõ ſm dispositionẽ naturarũ in qbus fiunt: ⁊ hoc mõ distinguit̃ vt dictũ fuit supra. Alio mõ possunt distĩgui morbi ſm modũ recessus a tẽperamẽto cũ egritudo ꝯsistat ĩ distẽperamẽto. quot modis ꝯtingit fieri recessum a tẽperamẽto tot erũt gña egritudinũ: ⁊ qꝛ recessus aut erit versus plus aut versus minus solũ erũt duo genera morboꝝ aut additionis aut diminutionis: ⁊ ꝓpter h̃ laudauit Gal. in libro introductorij illã diffinitionem medicine ꝙ ipsa est adiectio ⁊ detractio: qꝛ morb⁹ aut est in diminutione aut est in augmẽto: ⁊ hoc mõ in quolibet genere est peccatũ diminutionis aut augmẽti. In genere aũt male cõplexionis est mãifestũ: qm̃ si est mẽbrũ calefactũ aut erit plus aut minus. Sed si erit egritudo cõpositionis similiter h̃ accidet. nã in quãtitate aut plus aut minus. nã q̃ñtitas aut erit diminuta aut augmẽtata. ⁊ silr̃ in numero aut augmẽtato aut dimĩuto. ⁊ simili mõ in colligãtia aut societate. ⁊ similr̃ hoc apparet in solõne ꝯtinui: lꝫ h̃ nõ sit ita mãifestũ: si enĩ mẽbꝝ dꝫ habere aliq̃ꝫ solõnẽ ꝯtinui ⁊ nõ hẽat est peccatũ diminutionis solutionis ꝯtinuitatis: aut mẽbrũ debet hẽre vnitatẽ ⁊ nõ est ibi dicit̃ peccatũ solutionis ꝯtinuitatis sup̱flue: sicut. v. g. si membrũ dꝫ habere solõnẽ ꝯtinuitatis ⁊ hꝫ: est ibi egritudo solutionis ꝯtinuitatis superflue. ⁊ breuiter omne membrũ qđ habere dꝫ orificiũ ex gñatione ⁊ nõ hꝫ dicit̃ esse morb⁹ in diminutione solutionis ꝯtinuitatis. Sed si mẽbrũ deberet esse iunctũ ⁊ est solutũ ꝯtinuũ ipsi⁹ est ibi peccatũ sup̱fluitatis solõnis. ¶ Scđo debetis aduertere p̱p̱ illđ qđ dicit ꝙ qñ solutio ꝯtinui accidit cuti accidit scarificatio aut excoriatio. Dicit aũt h̃ vel ex quo mõ loquẽdi vel ĩtelligit p̱ excoriationẽ solõnẽ ꝯtinui sup̱ficialẽ cutis. per scarificationẽ aũt ĩtelligit illã que est magis ꝓfunda in cute. dicit aũt ꝙ in cuti ꝓpterea qꝛ cutis magis obuiat rebus extrinsecis per pus. aut intelligit omnẽ saniẽ siue sit laudabilis siue sit illaudabilis.

¶ Fit autẽ pus in ea ꝓpterea ꝙ superfluitates in eam euacuant̃ eo ꝙ est debilis: ⁊ ꝓpterea ꝙ sui nutrimentum digerere nõ valet: ⁊ superfluitas etiã in ipsum cõuertitur: plerũqꝫ tamẽ dicit̃ plaga ⁊ vlcus solutio cõtinuitatis que accidit cuti ⁊ nõ carni.

¶ In ista parte qꝛ fecerat mẽtionẽ de ipso pus: ponit modũ generationis ipsi⁹ pus. ⁋ Iuxta qđ vos debetis aduertẽ ꝙ in his verbis Aui. insinuat modũ ſm quem generat̃ pus: qꝛ aut generat̃ p̱p̱ superfluitatẽ que descẽdit ad mẽbrũ: qꝛ ad membrum debile alia membra expellũt sup̱fluitates suas. fit etiã ibi pus ꝓpter malã digestionẽ que fit in particula. Insinuat etiã Aui. cãm efficientẽ cũ dicit ⁊ sup̱fluitas in ipm̃ ꝯuertit̃. qꝛ calidũ naturale non põt ꝯtinẽ sup̱fluitatẽ: ⁊ p̱p̱ hoc subigredit̃ calor extraneus: ⁊ ꝓpter hoc putredo partĩ fit a calido nãli ⁊ partim a calido extraneo: ⁊ ꝓpter hoc sequit̃ cũ nõ cito solidat̃ vulnus facit saniem: verũ est tñ ꝙ si sanies ꝯtineat̃ a calido ⁊ deuincat̃ ab ipso fit sanies laudabilis.

¶ Quandoqꝫ etiã accidit ossi qđ ipsum in duas frãgit partes: aut in partes magnas aut paruas aut est cadens ſm longitudinẽ scindens ipm̃: aut ꝯtingit vt cadat in cartilaginibus ſm tres dimẽsiones: aut vt accidat neruis. Sed si latitudini acciderit vocat̃ icisio. Et si acciderit ſm longitudinez ⁊ eius numerus nõ fuerit multus vocat̃ scissura. Et si eius numerus fuerit multus vocat̃ cõtusio. Plerũqꝫ etiã fit in partib⁹ musculi que si in extremitate ceciderit musculi vocat̃ attritio siue cadat in neruo siue in chorda. Et si ſm latitudinẽ musculi ꝓueniat vocat̃ sep̱atio. Et si acciderit ſm longitudinẽ ⁊ fuerit eius numerus paru⁹ ⁊ fuerit ei⁹ ꝯcauitas magna vocat̃ amplificatio. Et si fuerint partes ei⁹ multe ⁊ dilatet̃ ⁊ ꝯcauet̃ vocat̃ attritio ⁊ dissolutio est. Etiã cũ dicit̃ dissolutio ⁊ attritio liquefactio oẽ qđ etiam medio musculi accidit q̃uocũqꝫ ꝯtingat.

¶ In parte ista ipse ꝓsequit̃ de alijs speciebus solutionis ꝯtinuitatis. Et duo facit: qꝛ primo facit qđ dictum est etiã. Scđo ponit quoddã notabile. 2ª ibi (Et tu inuenies.) Prima in quatuor ſm ꝙ quatuor sunt species solutionis cõtinuitatis que accidit diuersis membris. Primo ergo determinat de illa que fit in osse. Scđo de illa que fit in cartilaginib⁹. Tertio de illa que fit in neruis. Quarto de illis que fiunt in musculis ⁊ circa partes patebunt.

¶ Sed circa predicta remanserũt dubitationes q̃ꝫplures: quarum Dub^m 2^m

prima est vtrū sit possibile ꝙ aliqua mala cōplexio attribuaṫ mē-
bꝛo officiali ī quātū officiale. ¶ Scđa erit vtrū aliq̄ cōpositio pos-
sit attribui mēbꝛo ꝯsimili ī quātū ꝯsimile: ita ꝙ nō dicaṫ sibi acci-
dere per officiale. ¶ Ad pᵐᵘᵐ argueret aliqs ꝙ sic: ꝙ aliq̄ cōplexio
possit accidē officialibꝰ inquātū officialia: ⁊ si est poſ̄e accidē aliq̄
cōplexionē mēbꝛis officialibꝰ ī quātū officialia: ita ꝙ eis nō cōpe-
tat per ꝯsimilia. manifestū est ꝙ aliq̄ cōplexio pōt accidē mēbꝛis
officialibꝰ ⁊ nō ꝑ ꝯsimilia. ma. ꝓpositio manifesta est. ꝓbatio mi-
noris est talis. Auer. z. coll᷑. cap. pᵒ. ponit. n. ꝙ postq̄ sciuerimꝰ cō-
plexiones mēbꝛoꝝ ꝯsimiliū: tūc stabimus suꝑ cōplexiones mem-
bꝛoꝝ officialiū: ⁊ subdit ꝙ cōplexio que debeṫ mēbꝛis officialibꝰ
est duplex: qdā est que debeṫ eis per ꝯsimilia: ⁊ qdā est que debeṫ
per nō ꝯsimilia: sed inquātū officialia q꞉ mēbꝛa officialia inquātū
officialia hn̄t aliā oꝑōnē q̄ mēbꝛa ꝯsimilia: sed mēbꝛa que hn̄t di-
uersos actus hn̄t diuersam cōplexionē qm̄ actio diuersa ꝓcedit
a diuerso mō cōplexionis: ꝰ alius modus cōplexionis debeṫ mē-
bꝛis officialibꝰ ita ꝙ nō per ꝯsimilia. ¶ In oppositū est Aui. q dic̄
ꝙ modus cōplexionis pᵐo ⁊ per se attribuiṫ mēbꝛis ꝯsimilibus:
officialibꝰ aūt per ꝯsimilia. ¶ Postea est dubitatio vtrū aliqs mo-
dus cōpōnis debeaṫ mēbꝛis ꝯsimilibꝰ ī quātū ꝯsimilia: vt. s. nō sint
per officialia. Et vꝫ ꝙ sic simili rōne: q꞉ si ē aliq̄ nā cōpōnalis que
debeṫ mēbꝛo ꝯsimili per se sic ꝙ nō ꝑ officiale: tunc aliqs modus
cōpōnis debeṫ ꝯsimilibꝰ ī quātū ꝯsimilia: sed ita est: ꝰ ⁊c̄. ma. ꝓpō
est manifesta. ꝓbatio mi. est aucto. Gal'. z. de regi. sani. dicit. n. ꝙ
poꝛositas est nā cōpōnalis sicut oppilatio poꝛoꝛuꝫ. ⁊ subdit ꝙ tale
accidēs accidit mēbꝛis ꝯsimilibꝰ per se: officialibꝰ aūt per accn̄s.
Et hᵒ arguiṫ rōne q꞉ illis mēbꝛis pᵒ attribuunṫ poꝛi qbus mēbꝛis pᵒ
debeṫ nutricatio. nūc aūt poꝛi sunt per susceptionē nutrimēti q꞉
nutrimētū suscipiṫ in poꝛositatibꝰ. Qꝺ aūt pᵐus mēbꝛis ꝯsimilibꝰ
debeaṫ nutricatio: illud habitū fuit in pᵃ fen ꝙ nutrimētū pᵒ est di-
spersum in mēbꝛis similiū ꝑtiū. Iterū q̄ntitas est peccatū mēbꝛoꝝ
ꝯsimiliū: ⁊ hᵒ vult Auer. qui dicit: ⁊ q̄uis mēsura ⁊c̄. ⁊ idē dꝫ in ter-
tio. ca. 14. vbi dicit ꝙ egritudines q̄ntitatis pᵐus attribuanṫ mem-
bꝛis ꝯsimilibꝰ. vn̄ dicit sic ⁊c̄. sed medici sunt assueti ponē in offi-
cialibꝰ. ¶ In oppositū est Aui. ⁊ Gal'. pᵒ de accidēti ⁊ moꝛbo ca. 4.
¶ Iā audiui sic ab aliqbꝰ rn̄deri: dicūt. n. sic aliq ꝙ aliq̄ mala com-
plexio debeṫ officialibꝰ pᵒ nō tn̄ ꝑ se ⁊ aliq̄ mala cōpō debeṫ ꝯsimi-
libꝰ pᵒ nō tn̄ per se: sed ista positio īplicat ꝯdictoꝛia: q꞉ declaratuꝫ
est in alia scīa ꝙ illud qꝺ inest pᵒ inest per se: q꞉ aut illud qꝺ inest:
inest per se aut per accidēs. si per se habeo ꝓpositū. si per accn̄s:
ꝰ per aliud: ꝰ nō sibi pᵒ: ꝰ dicē est ꝙ aliqd insit pᵐo ⁊ nō pᵐo. hoc
aūt est īplicare ꝯdictoꝛia expꝛesse. ¶ Dōm est al'r ⁊ pᵒ ad pᵐā dubi-
tationē qn̄ tu queris vtrū aliqs modus cōplexionis cōpetat mē-
bꝛis officialibꝰ ꝑ se ita ꝙ nō per ꝯsimilia dico ꝙ nō: sed si mēbꝛo
officiali cōpetat aliqs modus male cōplexiōis dico ꝙ cōpetit sibi
per ꝯsimile: ꝰ ⁊ in mēbꝛis ꝯsimilibꝰ ꝑ se ⁊ pᵒ debeṫ mala cōplexio:
aut alius modus cōplexionis per accidēs a mēbꝛis officialibus. ⁊
cā est: q꞉ si ꝯsideremus qualiter cātur cōplexio: q꞉ pᵐo fit ex q̄li-
tatibꝰ elemētalibꝰ: vnde resultat ex actione ⁊ cōpositione illaruꝫ
q̄litatū cōplexio media ex qua est ꝯstituta eēntia mēbꝛi ꝯsimilis:
sed ex cōplexione nō est ꝯstituta eēntia mēbꝛi officialis pᵒ sed solū
per accidēs: q꞉ solū ī quātū mēbꝛū officiale cōponiṫ ex mēbꝛis ꝯsi-
milibꝰ. Sed ꝓpter dissolutionē argumēti debetis scire ꝙ modus
cōplexionis in mēbꝛis ꝯsimilibꝰ est duplex. Quidaꝫ est q est vnus
per essentiā ⁊ talis attēdiṫ in mēbꝛis ꝯsimilibꝰ vt sunt ꝯstituta ex
elemētis. Alius est qui est vnus ꝯm quēdā oꝛdinē: ⁊ iste attēdiṫ in
eis vt sunt partes mēbꝛoꝝ oꝛganicoꝝ. ¶ Et si queraṫ vtrū mēbꝛa
oꝛganica hēant vnā cōplexionē. Dōm ꝙ nō est vna quantū ad al-
terationē: vnde nō debetis imaginari ꝙ cōplexio mēbꝛi quantuꝫ
ad alterationē que est ibi sit vna q꞉ talis nō est cā cōplexionis q꞉
illa talis alteratio est ibi ꝯtinua ⁊ nunq̄ finiṫ: sed ꝯtinuo fit ibi illa
alteratio q̄re nunq̄ deueniet ad vnā cōplexionē. ¶ Iteꝫ cōplexio
fit in aliqbus refractis in vnā foꝛmā: sed ista sunt semper in actu
q̄re nō miscenṫ: nec etiā possunt misceri q̄litates illoꝝ membꝛoꝝ
que cōponūt. Nā ꝓbatū est scđo de gn̄one ꝙ mixtio solū coꝛpoꝛū
⁊ non qualitatū tm̄. Et ꝓpter hoc istis nō attribuiṫ cōplexio pᵐo
nec etiā operatio. Et ꝓpter hoc quelibet operatio mēbꝛi officia-
lis fit pᵐncipaliter per operationē alicuius mēbꝛi ꝯsimilis sicut vi-
sus per crystallinā: ꝓpter hoc mēbꝛa oꝛganica nō hn̄t cōplexionē
vnā per se: sed dico ꝙ dicunṫ habere cōplexionē vnā ꝯm quēdam
oꝛdinē: q꞉ in oꝛdine ad vnū pᵐncipale mēbꝛū qꝺ est causa actionis
membꝛi: vnde membꝛa que cōponunt sunt bene ꝓpoꝛtionata in
oꝛdine ad illud pꝛincipiū: tunc est ibi sanitas ⁊ equalitas in cōple-
xione: ꝰ qcqd est ibi de cōplexione est per mēbꝛa ꝯsimilia: ꝰ nulla
mala cōplexio est ibi nisi per ꝯsimilia. ¶ Et ex his apparet solutio
ad obiecta. Tu dicebas si aliqs modus cōplexionis pōt accidere
mēbꝛis officialibꝰ vt officialia ⁊c̄. negaṫ. ⁊ cū tu ꝓbas postea auct.
Auer. dōm ꝙ Auer. vult ꝙ qdā modus cōplexionis debeaṫ ꝯsimi-
li ī quātū ꝯsimile: ⁊ alius debeaṫ officiali vt officiale est. ⁊ hᵒ est qꝺ
ipse subdit postea ꝙ mēbꝛuꝫ officiale hꝫ duas cōplexiones ⁊c̄. vi-
deas textū ibi. ¶ Ad zᵐᵘᵐ tu queris: vtꝝ aliq̄ mala cōpositio possit
attribui mēbꝛo ꝯsimili ī quātū ꝯsimile: ita ꝙ nō per nāꝫ officialis.
Dōm est ad hoc ꝙ ex isto appebit expositio illius vᵇbi. G. qꝺ alle-
gatum fuit supꝛa. Et dōm ꝙ sic: tn̄ dico ꝙ simile est imaginari de
nā mēbꝛi officialis in mēbꝛo officiali sicut de nā mēbꝛi ꝯsimilis in
mēbꝛo ꝯsimili: tn̄ debetis qꝺdā aduertere ꝙ nā cōpositionalis ali-
cuius mēbꝛi pōt dupl'r ꝯsiderari. Uno mō sicut in sbꝛto pᵐo. Alio
mō q꞉ sub rōne illius mēbꝛi. Tūc ergo qn̄ tu queris: vtꝝ aliq̄ nā cō-
positionalis possit attribui mēbꝛo ꝯsimili ī quātū ꝯsimile. Dōꝫ est
ꝙ si itelligas sicut subꝛto pᵒ dico ꝙ aliqua debeṫ sibi nā cōpōnis nō
per officiale: q꞉ q̄ntitas pᵒ debeṫ mēbꝛo ꝯsimili nō tn̄ numerus: sed
si ꝯsidereṫ zᵒ mō nō est veꝝ: q꞉ nō debeṫ rō cōpōnis ꝯsimili ī quā-
tū ꝯsimile: ⁊ iō subiectiue talis cōpositio nō fit in mēbꝛo nisi vt oꝛ-
ganicū est: ⁊ ꝓpter hoc talis cōpositio nō ꝺbeṫ mēbꝛo ꝯsimili nisi
per officialia. Qꝫ āt cōpositio nō debeaṫ mēbꝛo ꝯsimili nisi ꝑ offi-
cialia ꝺclaro de q̄ntitate de qua est dubiū: q꞉ si ꝯsideremus ꝑꝑ qd
est q̄ntitas in mēbꝛo ꝯsimili nō rōne nutrimēti: q꞉ nutrimētum nō
hꝫ rōnē quāti qꝺ nutriat: q꞉ ita nutriret in magna quātitate sicut
in parua: sed q̄ntitas fit ibi per actionē cōplexionis vt debeaṫ oꝛ-
ganico: q꞉ ipsa nō faciūt oꝑōnē nisi q꞉ talis q̄ntitatis q̄re sub rōne
mēbꝛi cōpositio debeṫ solū mēbꝛo oꝛganico: ꝯsimili aūt per acci-
dens. ¶ Et ex his appꝫ solutio ad obꝛta. Tu dicebas si aliq̄ nā ⁊c̄.
dico ꝙ verū est si intelligaṫ pᵐo. i. sicut subꝛto pᵐo. Sed si intelli-
gaṫ pᵐo. i. sub rōne illius mēbꝛi. dico ꝙ non opꝫ. Tu dicebas scđo
de poꝛis. dico ꝙ peccatū qꝺ fuit in poꝛis bene videṫ fieri in mem-
bꝛis ꝯsimilibꝰ: sed q꞉ simili mō videṫ fieri sicut peccatum qꝺ fit in
receptaculis magis: ꝓpter hoc dico ꝙ attribuiṫ tale peccatū offi-
cialibꝰ mēbꝛis ⁊ nō ꝯsimilibꝰ. ¶ Ad aliud appꝫ solutio.

**¶ Qꝫ si in arterijs aut ī venis acciderit vocaṫ apertio. Et si ꝯtigerit ꝯꝫ eius latitudinē vocaṫ incisio ⁊ separatio. Et si processerit ꝯm eius longitudinē vocaṫ fissura. Et est cū hoc contingit ꝯm modū apertionis oꝛificioꝝ earū: ⁊ vocaṫ perfoꝛatio.**

¶ In parte ista sicut dicebaṫ. Aui. ponit modos solute ꝯtinuitatis
accidētis in venis ⁊ arterijs īponendo noīa eis. ⁊ pᵒ facit hoc. ⁊ zᵒ
ponit qꝺdā notabile. zᵃ ibi (Debes aūt scire.) Pꝛīa pars hꝫ duas.
Pꝛimo determinat de quodā mō soꝰōnis venarū ⁊ arteriarū ab-
solute. Et scđo determiat de quodā mō soꝰōnis ꝯtinuitatis arte-
riarū ponēdo qꝺdā accidēs ad soꝰōnē factā in arterijs. zᵃ ibi (Qꝫ
si arterijs acciderit.) Uos debetis aduertere ꝙ oꝛificia arteriarū
aperiunṫ ⁊ dilatanṫ dupl'r. Uno mō ex dilatatiōe oꝛificioꝝ ipaꝝ: ⁊
tūc faciūt moꝛbū in via. Alio mō pn̄t apiri oꝛificia venarū ⁊ arte-
riaꝝ ꝑ īcisionē ⁊ tūc faciūt mēbꝛꝝ solute ꝯtinuitat̄. Deīde cū dicit.

**¶ Qꝫ si arterijs acciderit ⁊ nō clausa fuerit ⁊ ex ea sanguis ad receptaculū qꝺ ipsaꝫ circundat exierit donec receptaculū illud īpleaṫ ⁊ cū pᵐiṫ ad arteriā reuertaṫ vocabiṫ mater sanguinis: alij tn̄ hoīes oēm sanguinis egressionē ab arterijs matrē sanguinis vocant.**

¶ In parte ista ponit vnum modū solute ꝯtinuitatis accidentis in
arterijs ponēdo qꝺ ꝯsequiṫ ad illā soꝰōnē. Sed diceꝫ quid est ista
mater sanguinis. ipsa nō est aliud nisi qn̄ accidit solutio ꝯtinuita-
tis in arteria egrediṫ sanguis ⁊ stat in poꝛositatibꝰ ⁊ locis qui cir-
cūdant arteriā: ⁊ qn̄ hoc ꝯtingit cū fixione cutis: tunc talis tumoꝛ
ēgrediṫ extra: qn̄ aūt sine fixione cutis tūc fit tumoꝛ iterius: ⁊ qn̄
pꝛemiṫ talis tumoꝛ cessat ⁊ quādo eleuaṫ digitus tūc redit. Causa
aūt quare fit hec mater sanguinis in solutione cōtinuitatis arte-
rie est pꝛopter difficultatem sanguinis ⁊ subtilitatem vt colligaṫ
in modnm vapoꝛis ventosi. Deinde cum dicit.

**¶ Debes aūt scire ꝙ nō oē mēbꝛū in ꝑtes dissolutionē tolerat. Coꝛ. n. nō tolerat: q꞉ pꝛius accidit moꝛs.**

¶ In ꝑte ista ponit quēdā can̄. circa solutionē ꝯtinui ostēdēs possi-
bilitates soꝰōnis ꝯtinuitatis quoꝛūdā membꝛoꝝ ⁊ quoꝛūdā nō.
¶ Sed ꝯtra hoc aliqs dubitaret: q꞉ dicit ꝙ coꝛ nō tolerat soꝰōneꝫ
ꝯtinuitatis istud videṫ falsum. nā Auicē. z. can̄. numerās egritudi-
nes coꝛdis numerat soꝰōnē ꝯtinui apostemata ⁊c̄. ꝰ de soꝰōne ꝯti-
nui nō fecisset mentionē nisi q꞉ possibile est fieri soꝰōnē ꝯtinuitat̄
in ipso. ¶ Iterū hoc arguiṫ rōne: q꞉ aliqs effectꝰ diciṫ eē īpossibi-
le: aut rōne agētis: aut rōne patiētis: aut rōne tēpoꝛis. Nō est hoc
īpoſ̄e ex ꝑte agētis sicut māifestū est: nec a parte patiētis: q꞉ ossa
duriora ⁊ tn̄ tolerant soꝰōnē ꝯtinui: nec ēt īpossibile a ꝑte tēpoꝛis
in quo effectus debet ītroduci. ¶ Dōm est ad hoc ꝯm ꝙ dicit Gal'.

Dubᵐ zᵐ

in libro de īterioribus ꝙ sol'o ꝯtinui que fit in corde est duplex: qꝛ aut ipa est magna ⁊ ꝓfunda penetrās vsqꝫ ad vētriculos ipsi' cordis: aut ē ꝑua q̄ fit in sup̄ficie ipsi' q̄ ꝓfunditatē nō attigit. Si loq̄mur de magna dico ꝙ illā coꝛ nō tolerat q̄n sequat̄ ꝑus moꝛs. Si aūt sit ꝑua ⁊ nō penetrās. vꝫ. ad vētriculos dico ꝙ talē bñ tolerat coꝛ: tñ adhuc ipsa est moꝛtalis: q̄dā viuūt ꝑ diē q̄dā ꝑ diē ⁊ noctē. Causa aūt q̄re sol'o ꝯtinui magna nō pōt fieri in corde q̄n īmediate sequat̄ moꝛs est illa quā phs ponit in libro de aīalib': dicit enī ꝙ coꝛ est sicut p̄n^m oīuꝫ mēbroꝝ ⁊ sicut ꝯseruās caloꝛē: sed nocito p̄n° nocent̄ oīa alia mēbra. Et ꝓpterea qꝛ sol'o ꝯtīui est vehemēs passio. vehemens aūt passio nō pōt fieri in corde q̄n sequat̄ moꝛs. coꝛ talē passionē nō patit̄ sine moꝛte subita: ⁊ iō phs dicit in eodē loco ꝙ coꝛ nō patit̄ vehemētē passionē neqꝫ sol'onē ꝯtīui nec apostema. vñ si sol'o penetret moꝛit̄ subito: qꝛ euolat sp̄ūs īmediate: ⁊ qꝛ vita ꝯsistit ꝑꝑ manētiā calidi in corde: hinc est ꝙ ad talē sol'onē seq̄t̄ moꝛs subita. Si aūt sol'o ꝯtinui sit ꝑua ⁊ sup̄ficialis pōt viuere ꝑ diē ⁊ aliq̄ ꝑ dieꝫ ⁊ noctē. Et iō est q̄m istis nō accidit resol'o calidi nālis subito: sꝫ īmediate ad taleꝫ sol'onē ꝯtinui seq̄t̄ ap̄a. de ap̄ate aūt nō est pos'e ꝙ euadat: sed pōt viuē ꝑ diē ⁊ noctē. ⁋ Et ex his appꝫ sol'o ad obta. ⁋ Ad p̄^m dōm est ꝙ Auic. hic intellexit ꝙ nō patit̄ solutionē ꝯtinui q̄n sequat̄ moꝛs nō tñ ꝙ nō patiat̄ solutionē ꝯtinui absolute. ⁋ Ad 2^m tu dicebas aut est īpossibilis a ꝑte agētis ⁊c̄. Dōm ꝙ solutio cōtinui bene pōt fieri in corde ⁊ a parte agētis ⁊ patiētis ⁊ tēpoꝛis nō tñ ꝙ infirmus possit liberari ⁊ ꝙ si ipsa sit magna ꝙ ad ipaꝫ nō sequat̄ moꝛs īmediate. Deīde cū dic̄.

**¶ Quod si in panniculis cadit ⁊ in diaphragmatibus vocatur ruptura.**

¶ In ꝑte ista oñdit modū sol'onis ꝯtinuitat̄ accidētis ī pāniculis.

**¶ Et si inter duas ꝑtes mēbri cōpositi cadat ⁊ vnā ab alia seꝑat ita vt mēbro simplici nō accidat nocumētū eius seꝑans ꝯtinuitatē vocat̄ separatio ⁊ dislocatio.**

¶ In ista parte ostendit modum solutionis cōtinuitatis que accidit in membris oꝛganicis.

**¶ Et si acciderit neruo qui se de vno loco remouit vocatur ruptura.**

¶ Ponit modum solutionis continuitatis in ligamentis: vnde per neruos intelligit ligamenta.

**¶ Et q̄nqꝫ etiā fit in foraminibus ꝯtinuitatis solutio ⁊ dilatant̄. Et plerūqꝫ fit in locis vbi nō sunt foramina ⁊ facit ibi foramina que nō fuerunt.**

¶ In parte ista ponit etiam alium modum solutionis continuitatis accidentis in oꝛificio.

**¶ Et solutio q̄dē ꝯtinuitat̄ ⁊ vlceratio ⁊ his similia cū in mēbro fuerint bone cōplexionis cito sanant̄. Et cū fuerint in mēbro male cōplexionis lōgo resistunt tꝑe: q̄ꝫto plus cū in coꝛpoꝛib' ꝯtigūt eoꝝ q̄ patiunt̄ hydropisim aut ꝯstrictiōis malitiā ⁊ leprā. Et debes scire ꝙ cū vulnera ista sīt stricta ꝓuenit ex eis herpestiomen'.**

¶ In ꝑte ista ponit quēdā cañ. vel possum' dicē al'r ꝙ reddit cām cuiusdā accidētis. Iuxta qđ vos debetis aduertere ꝙ illud qđ est dictū hic est dictū īcidēter: q̄m has sp̄ēs sol'onis ꝯtinuitatis q̄ꝫtuꝫ ad facilitatē: ⁊ difficultatē ꝯsolidationis nō spectat ad istū locū: sꝫ ad q̄rtū librū: ⁊ ꝑꝑ h̄ sicut extrahit̄ ex dictis ibi vulnera sunt facilis ꝯsolidationis aut difficilis ꝑ duas cās que ꝯcurrunt in gn̄e ad ꝯsolidationē. Una est virt' mēbri nutritiua q̄ ꝓp̄rie ꝯsolidat vulnus: q̄m ꝑ nutrimētū gn̄at̄ caro que ē cā vnionis ꝑtis cū ꝑte: ⁊ qꝛ virt' ista nō agit nisi mediāte cōplexione oꝫ ꝙ ꝯcurrat cōplexio ꝑ quā agat ⁊ gn̄et carnē: ⁊ ꝑꝑ h̄ ꝯsolidatio vulner̄ siue sit recēs siue nō accidit ꝯsolidatio nisi ꝑꝑ nutrimētū qđ assimilat̄ vnicuiqꝫ ꝑti. Uerꝝ est ꝙ diuersimode dr̄ fieri ꝯsolidatio in vulnē simplici ⁊ vulnere cōposito: q̄m in vulnē simplici fit ꝯsolidatio ꝑ gn̄ōnē alicui' ꝑtis nō sensibilis q̄ꝫtitat̄: sꝫ in vulnē cōposito a q̄ fcā est deꝑditio sb̄e fit ꝯsolidatio ꝑ regn̄ōnē alicui' qđ est sensibilis q̄ꝫtitatis: ꝫ in vulnē ꝯcauo fit regn̄atio carnis sensibilis q̄ꝫtitatis: sed in simplici fit ꝯsolidatio ꝑ gn̄ōnē carnis nō sensibilis q̄ꝫtitatis: ⁊ ꝑꝑ h̄ ad ꝯsolidationē ꝯcurrūt duo. s. virtus agēs ⁊ regn̄ans ⁊ req̄rit̄ mā ꝯueniēs: ⁊ cū ista fiat ꝑ nutrimentū idcirco req̄rit̄ ꝙ sanguis sit ꝯueniēs ⁊ in q̄ꝫto ⁊ in quali ⁊ per oppositū cā difficultat̄: ⁊ lꝫ auctoꝛes ponāt multas cās ꝑticulares oēs tñ cāe ꝑticulares reducunt̄ ad istas. Cā āt ꝑꝑ quā cū mēbꝝ ē bone cōplexiōis fit ibi bona restauratio ē: qꝛ in mēbro bone cōplexionis gn̄ō nutrimēti ē ꝯueniēs ⁊ virt' q̄ ē sequēs cōpl'onē est ēt ꝯueniēs: sꝫ si mēbꝝ fuerit male cōplexiōis nō fit cito ꝯsolidatio ꝑꝑ cās oppositas: ⁊ ꝑꝑ h̄ q̄n coꝛꝑa in se hñt multitudinē maloꝝ hūoꝝ sic̄ accidit in coꝛꝑib' hydropicoꝝ nō sanant̄ in eis vlcera. ⁋ Ultio dic̄ ꝙ in vulnē stricto fit ī eis herpestiomen'. Debet̄ scire sic̄ appꝫ per Aui. in. 4. cañ. ꝙ herpestiomen' dr̄ eē coꝛruptio mēbri ꝑambulās ī ipo. Iterū ē drīa īter cācrenā ⁊ vlcera q̄ dr̄r scachilos ⁊ herpestiomenū. nā cācrena dr̄ vlcus qđ iam facit mēbꝝ tēdē v̄sus coꝛruptionē. scachilos dr̄ esse vlc' ꝑꝑ qđ iā fcā ē coꝛruptio ī mēbro. herpestiomen' dr̄ q̄n coꝛruptio fcā ē ī mēbro sꝫ est ꝑambulās. Illđ aūt qđ h̄ dicit Aui. refert̄ gn̄al'r ad oē vlc' ꝑꝑ qđ iā mēbrū tēdit ad coꝛruptionē: qꝛ ꝑꝑ hūiditatē virulētā q̄ nō pōt mūdificari a vulnē accidit illā soꝛditiē retineri ⁊ ab ipa mēbꝝ coꝛrūpi: qꝛ ꝑꝑ stricturā vulner̄ mūdificatio nō pōt fieri: ⁊ iō vna ītētio medici est vuln' aꝑire vt possit sanies exire q̄ mūdificari dꝫ ad h̄ vt ipa nō retineat̄ ī loco. Deīde cū dic̄.

**¶ Et tu inuenies in libris ꝑticularib' perscrutationeꝫ rei solutionis cōtinuitatis: dimittamus ergo vsqꝫ ibi.**

¶ In ista parte qꝛ egressus fuerat ex pꝛoposito: qꝛ p̄posuerat siue fecerat mentionem de vulnerib' que sunt difficilis aut facilis cōsolidationis remittit nos ad locum alium.

¶ Circa p̄dcā remāsit duplex dubitatio. p̄' ē: vtꝝ sit dare gen' cōe. Dub^m 4^m Et vr̄ ꝙ nō. p̄ auc. Auer. 2. cap̄. 3. ⁊. 3. cap̄. 15. sui coll'ꝫ: in oīb'. n. locis istis vr̄ ponē ꝙ sol'o mēbri officialis nō differat a sol'one mēbri cōsimilis ⁊ nō distiguat̄ ab ipa ⁊ ꝑꝑ h̄ nō ē dare cōe gen'. Preterea h̄ idē arguit̄ rōne: qꝛ si nō ē dare nām cōeꝫ mēbris ꝯsimilib' ⁊ officialib' nec ēt erit dare egritudinē cōeꝫ: sꝫ nō est dare nām cōeꝫ: q̄re ⁊c̄. Maioꝛ ꝓpō appꝫ: qꝛ gn̄a egritudinū distiguunt̄ ꝫ gn̄a nārū. declaratio mīoꝛis: qꝛ ꝯsideram' vnitatē in mēbris ꝯsimilib' q̄ ē vera ꝯtinuitas ⁊ vera vnitas: sꝫ vnitas q̄ est in mēbro officiali ē vnitas q̄ existit ꝑ modū colligātie ⁊ associatiōis cū ista nō sit vnitas q̄lis existit in ꝯsimilib' nō vr̄ vnitas vera. Itē vnitas q̄ existit in mēbris officialib' nō est vnitas que reducat̄ nisi ad nām cōpositionalē. Et ꝑꝑ h̄ lꝫ sit dare istā vnitatē in mēbris ꝯsimilibus nō tñ erit ipsaꝫ dare in officialib' ꝙ ipa sit distincta. ⁋ In oppositū est opi. medicoꝝ. De ista q̄ōne est ꝯtrouersia īter Auer. ⁊ medicos: qꝛ Auer. vult ꝙ nulla nā sit in officialib' que sit disticta a ꝯsimilib': nec est sua ītētio ꝙ ibi sit vnitas nisi equoce: ⁊ iō ip̄e vult ꝙ in oībus ꝯsimilib' sit duplex nā: in officialib' aūt nō reperit̄ vnitas nisi que est ꝑ associationē: ⁊ iō causat egritudinē in loco. Et ꝑꝑ h̄ egritudo in mēbris officialib' nō fit egritudo solute ꝯtinuationis: sed solū in mēbris ꝯsimilib'. ⁋ Sed videte qꝛ medici sum' nō ꝯueniēter pōt teneri ista positio. Idcirco tenebis ꝙ sit dare gen' cōe mēbris officialib' ⁊ ꝯsimilib' ⁊ declaratio est duplex. Una que sumit̄ ex mō faciēdi inherē egritudīes mēbris. Scđo ex ꝑte nāe in q̄ accidit egritudo. Declaratio p̄mi ē: qꝛ nos videm' ꝙ est q̄dā egritudo que p̄ īheret ꝯsimilib' ⁊ ꝑ accñs officialib': ⁊ ista est egritudo que accidit in cōplexione. q̄dā aūt est que ꝑ se accidit officialib': ꝑ accñs aūt ꝯsimilib' mēbris. Et sil'r si est dare nām cōeꝫ in q̄ egritudo accidēs nō accidat in officialib' ꝑ ꝯsimilia: ⁊ sic ꝯsimilib' ꝙ nō ꝑ nām officialē ⁊ in vtraqꝫ sit dare istā nām: ista erit egritudo cōis vnitat̄ q̄ sic accidit mēbris officialib' ꝙ nō ꝑ ꝯsimilia: ⁊ sic cōsimilib' ꝙ nō ꝑ officialia: ⁊ ꝑꝑ h̄ erit gen' egritudīs cōe. ⁋ Scđo h̄ declarat̄ ex ꝑte nāe in q̄ accidit egritudo: qꝛ si est dare nāꝫ cōeꝫ mēbris oꝛganicis ⁊ ꝯsimilib': manifestū erit ꝙ erit dare gen' cōe egritudīs in istis duob': sꝫ est dare nāꝫ cōeꝫ ⁊c̄. ꝫ ⁊c̄. ma. ꝓpō manifesta est. declaratio mi. est illa quā facit. H. p̄ de accidēti ⁊ moꝛbo. ca. 4. qꝛ tēꝑamētū qđdā est mēbroꝝ ꝯsimiliū ⁊ qđdā oꝛganicorū: ⁊ qꝛ qđlibet istoꝝ hꝫ opōnes ꝓp̄rias: q̄libet aūt oꝑatio ꝓp̄ria req̄rit vnitatē: ꝫ ⁊c̄. ⁋ Debetis tñ aduertē sic̄ colligit̄ p̄ de accidēti ⁊ moꝛbo. ca. 13. ꝙ sol'o q̄ accidit mēbris oꝛganicis est duplex. q̄dā est que accidit eis per accidēs: qꝛ accidit eis per ꝯsimilia. q̄dā aūt est que accidit mēbro officiali ꝑ se: ⁊ ista siml' accidit cū mēbro cōsimili. q̄dā aūt est que accidit mēbro oꝛganico ꝑ se: ⁊ ista est ꝓp̄ria sibi qꝛ nō accidit sibi ꝑ ꝯsimile: sic̄. v. g. q̄n sol'o ꝯtinuitat̄ accidit in mēbro ꝯsimili sic ꝙ nō seꝑat̄ vnitas mēbri officialis in totū dicit̄ illa solutio fieri per se in mēbris ꝯsimilib': ꝑ accidens aūt mēbris officialib'. q̄dā aūt per se officialib' tñ accidit seꝑari cū mēbro cōsimili sicut q̄n soluit̄ ꝯtinuitas mēbri officialis ⁊ ꝯsimilis simul. solutio aūt que accidit officialib' tm̄ sic ꝙ nō accidit ꝑ nāꝫ ꝯsimilē: neqꝫ ēt accidit sol'o in mēbro ꝯsimili: sꝫ solū in oꝛganico vt ꝑtes oꝛganici nō sunt vnite sicut debēt: nō tñ qꝛ ꝯtinuitas que est vna sit facta plures sicut accidit in mēbro ꝯsimili: sꝫ ē sic̄ euulsio alicuius ꝑticule: ⁊ tūc accidit sol'o ī mēbro sic ꝙ nō accidit in ꝯsimili: qꝛ oꝛganicū ꝑdit illā vnitatē quā dꝫ hr̄e: ꝫ aliq̄ euulsio pōt accidē ⁊ etiā sol'o mēbris oꝛganicis nō per nāꝫ ꝯsimilē. ⁋ Ulterius debetis aduertere ꝙ lꝫ vnitas mēbris officialib' ⁊ mēbris cōsimilib' vtraqꝫ sit vnitas: nō tñ est eodē mō. Nā vnitas in ꝯsimili est vnitas vna. vnitas aūt in officiali nō sic est vna: sꝫ est ꝑ ligamentū ⁊ vtraqꝫ est

vnitas

vnitas appet per phm 5° phy.tex.cō.26.aut.6.tex.cō.primi:dicit ꝙ cōtinua sunt quoꝝ vltima sunt vnū aut simplr̄ aut ꝑ quādā cō-ciliationē:⁊ qꝛ vnitas ꝓpria ⁊ vera reperit in mēbris cōsil'ib⁹:non vera aūt officialibus:p̄terea ɔtigit ꝙ sol'o ɔtinui primo ⁊ ꝑ se accidit mēbris cōsil'ib⁹:scdo mēbris officialib⁹.Et ex his appet sol'o ad obiecta. Ad aucto.Auer.dōm ꝙ voluit dicere ꝙ nō sic ꝓprie accidit solutio in membris officialibus sicut in ɔsil'ibus:non tn̄ ꝓbat ꝙ ibi nō sit continuitas aliqua nisi acciperet colligantiaꝫ large:sed ꝙ medici accipiūt ɔtinuitatē bn̄ est ibi ɔtinuitas. Ad rōnem.tu dicis si nō est dare nām cōem mēbris organicis ⁊ mēbris cōsil'ibus:nec ēt erit dare egritudinē cōem.ɔcedatur.Tu dicis postea ꝙ ibi nō est vnitas:dico ꝙ veꝝ est ꝙ nō est ibi vnitas:qꝛ cōtinuitas vera:nō tn̄ ꝓhibet ꝙ ibi nō sit continuitas aliqua.

Dubiū 5m ¶Scdo dubitat̄:vtrū sol'o ɔtinui accidens in mēbris organicis sit egritudo ɔtinuitatis.Et vr̄ ꝙ sic aucto.Aui.supra.Preterea idem arguit̄ rōne:qꝛ illa egritudo est egritudo cōtinuitatis in qua ꝑtes nō seruāt debitā vnionem:sicut nos videmus in dislocatiōe ꝙ nō est ibi ɔueniēs vnio. In oppoᵐ est Gal'.p̄ ⁊ scdo de accn̄.⁊ morbo cap̄.10.qꝛ cōnumerat egritudīes dislocationis īter egritudīes loci:⁊ h̄ dixit Aui.sup̄.⁊ h̄ ēt sonat vocabulū. Dōm ꝙ 2x est modus sol'onis cōtinuitatis que accidit in mēbro officiali.Unus modus sol'onis est q appellat̄ dislocatio siue sepatio a loco in q̊ euellit̄ ligamētū.Alio mō accidit sol'o ɔtinuitatis nō ꝑꝑ euulsionē:sed ꝑꝑ elōgationē iūcture:⁊ ista non est ꝓprie sol'o ɔtinui:sed mag̃ dr̄ egritudo in loco.Primo mō dico ꝙ talis est egritudo solute cōtinuitatis:⁊ rō est:qꝛ principalius facit egritudinē ꝑꝑ sol'onē cōtinuitatis in mēbro organico.Et isto mō si euelleret̄ ligamētū sꝫ elōgaret̄ multū fieret egritudo solute cōtinuitat̄.Alio mō pōt accidē ista dislocatio sine euulsiōe ligamēti vt extēdat̄ iūctura:⁊ tūc dico ꝙ talis dislocatio p̄cipue attribuit̄ egritudib⁹ loci:⁊ h̄ est qd̄ vult dicē Gal'.qꝛ si accidit lesio opōnū principalius a sol'one cōtinui dr̄ egritudo solute ɔtinuitatis:si aūt nocumētū principali⁹ accidit ex dislocatiōe reducit ad egritudinē factā in loco:⁊ ponit exēpluꝫ de naso:ꝑꝑ qd̄ aūt qn̄q̄ ponūt ꝙ dislocatio qn̄q̄ sit egritudo in loco:⁊ qn̄q̄ ponūt ꝙ sit egritudo solute cōtinuitatis:⁊ hoc est.

## ¶De egritudinibus compositis. Cap.5m.

I[n] egritudinibus autem compositis dictiōeꝫ proferemus vniuersalem.

¶Prius Auicēna determinauit de egritudinib⁹ simplicibus:in parte ista determinat de egritudinib⁹ compositis:⁊ hoc est qd̄ dicit rubrica:qꝛ caplꝫ.5.de egritudib⁹ cōpositis.Diuidit̄ aūt ꝑs hec in ꝑtes duas.Prīo dat ītētionē suā.Scdo ꝓsequit̄.ibi(Dico aūt.)In h̄ aūt qd̄ dicit de egritudib⁹ cōpositis dat intētionē suā:in hoc aūt qd̄ dicit vl'eꝫ dat moduꝫ quē intendit determiare quātū ad gn̄alē intētionē in mō gnōnis egritudinum cōpositaꝝ:quātū ad causas in ꝑticulari ⁊ modū gnōnis ipsaꝝ ipse de hoc determinabit in quarto libro.Deinde cum dicit.

¶Dico ḡ ꝙ cū egritudīes dicim⁹ cōpositas nō q̄slibet egritudīes ɔiūctas itelligi volumus:sꝫ egritudines ex qb⁹ oīb⁹ cū ɔiūgent̄ ꝓueniet ex eis res q̄ est vna egritudo:⁊ hec qdeꝫ est sicut apa:⁊ eminētia in cute est ex genere apostematis.Eminentie enim sunt apata parua sicut apostemata sunt eminentia magna.

¶In ꝑte ista ꝓsequit̄ ⁊ diuidit̄ in duas.Nā p̊ oñdit que sit egritudo ꝓprie cōposita.Et secūdo ꝓsequit̄ determinādo de sp̄eb⁹ egritudi nūc cōpositaꝝ.Scda ꝑs īcipit ibi(Apostematū quedā sunt calida ⁊ quedā non calida.)Prima hꝫ tres.Nā primo ostendit qd ītelligat per egritudinē cōpositā.Et secūdo declarat.Tertio oñdit qual'r in apate sunt oīa tria egritudinū.scda ibi(Et hoc quidē est sicut apa.)tertia ibi(In apate quidē.)¶Circa p̄mā partē in qua ipse notificat quid ipse intelligat per egritudinē cōpositam debetis aliqua aduertere.Primo aliqs posset dicere.nō videt̄ ꝙ sit necessitas determinādi de egritudinibus cōpositis.Scdo aliqs dubitabit de quodā alio qd̄ dicetur.vꝫ.propter quid est ꝙ Auicē.loquens de egritudinibus compositis solū facit mentionē de apatibus.Ultimū postea apparebit qual'r ista dr̄ esse egritudo vna.

Dubm pm ¶Primo ergo arguit̄ ꝙ nō sit necessitas determinādi de egritudinib⁹ cōpositis:qꝛ egritudo cōposita nihil est aliud nisi egritudines simplices adunate:ergo si cognosco egritudīes simplices cognosco ⁊ cōpositas.Dōm ꝙ necessariū fuit determinare de egritudinibus cōpositis:⁊ rō sumitur ex mō cognitionis:qꝛ vt habitū fuit supra in p̊ᵃ fen.ca.de subiectis medicine:oīs res ꝑfecte cognoscit̄ si hꝫ cās ꝑ cognitionē oīuꝫ cārū:ḡ egritudo cōposita nō cognoscit̄ quātū ad oēs sui cās:qꝛ cog̃sco egritudīes simplices nisi quātū ad sui māꝫ:sꝫ quātū ad formā aut efficiētē cāꝫ nō cog̃sco:h̄ aūt nō cōtigit de cā finali:qꝛ finis in egritudib⁹ nō īuenit̄:qꝛ ipse nō ordinat̄ a nā:ꝑꝑ qd̄ simplices nō sūt cāe cōpōnis egritudinū quātū ad cognitionē ex oī gn̄e cause:ita ꝙ ipse fuit cā egritudīs sub eē distincto.Alia rō sumit̄ ex mō opōnis inquātū ordinat̄ egritudo medico:qꝛ oēs illas diuersitates egritudinū:opꝫ medico cognoscere q̄ sunt cā diuersificatiōis opōnis medici:qꝛ alia est cura que debet̄ egritudinib⁹ simplicib⁹:⁊ alia que debet̄ egritudib⁹ cōpositis:⁊ ꝑꝑ hoc oportet medicū talē diuersitatem morborum cognoscere.

Dubm 2m ¶Scdo aliqs quereret quare determinādo de cōpositis solū facit mētionē de apatib⁹:⁊ quare solū vocat istas egritudīes compositas.Dōm ꝙ rō pōt sumi ex duob⁹.Unuꝫ est si ɔsideremus egritudinē cōpositā a ꝑte cōponētiū.Alia cā sumet̄ ex mō cōpōnis.Prīo pōt sumi rō a parte egritudinū cōponētiū:qꝛ īterdū cōponit̄ egritudo cōsimilis cū officiali aut officialis ex ɔsimili ⁊ sic de talib⁹:et ista diuersitas que sumit̄ ex ꝑte materie est essentialis.Scdo pn̄t diuersificari a ꝑte modi cōpōnis:⁊ fꝫ hoc pn̄t cōponi duplici mō:aut enī cōponit̄ cū ordīe aut sine ordīe.Absq̄ ordīe vt in febribus erraticis:⁊ ex ista nō cōponit̄ eēntia egritudinis sic ꝙ faciat vnuꝫ per essentiā nisi sicut aceruus lapidū.Quedā aūt est cū ordine:⁊ h̄ duob⁹ modis.Unus sicut qn̄ ex egritudīe cōficit̄ vnū sic ꝙ non sit vnū eēntial'r:⁊ aliqn̄ accidit ꝙ cōponat̄ sic ꝙ faciāt vnā eēntiam.Primus modus est sicut cōpositio febriū quā ponit Auic.ꝙ aliqn̄ febris est subalternās:aliqn̄ ɔcomitās:aliqn̄ succedēs in istis aut nullus est ordo:qꝛ ille egritudīes nō sic cōponunt̄ ꝙ faciāt vnā essentiā:sed ibi sunt plures egritudīes in actu:⁊ tunc dicimus ꝙ paciens patit̄ plures febres.Alio mō pn̄t cōponi sub quodā ordine:⁊ tūc fit vnus modus actiōis:ac si fieret egritudo vna sicut apostema.In apate aūt sunt oīa genera morboꝝ sic:ac si ɔstitueret eēntiā vnā morbi:⁊ hoc accidit.vꝫ.ꝙ ex illis fit vnū:ac si eēnt vni⁹ essentie:qꝛ illi morbi depēdent ab vna cā ⁊ fiūt successiue ⁊ ab eadē cā.Nā apa gn̄at̄ per istū modū.Nā p̊ decurrit ad mēbrū materie ⁊ replet venas magnas deīde paruas postea capillares:deīde descendit mā in vias vacuas regiōes mēbroꝝ:⁊ extēdunt̄ ab vna cā puta repletione fm ordinē in eadē ꝑticula:⁊ ꝑꝑ hoc p̄ma est composita ex plurib⁹ egritudinib⁹:ac si ex eis nō fiat vna essentia:sꝫ diuerse simul vna quaꝝ ab altera nō depēdet.In vulnerato dato ꝙ sit mala cōpl'o sol'o cōtinui ⁊ mala cōpositio non dicim⁹ ꝑꝑ hoc ꝙ mēbrū patiat̄ apa:sed dr̄ ꝙ mēbrū patit̄ sol'oneꝫ ɔtinui:qꝛ vnumqd̄q̄ est ꝑ se distinctū:⁊ ꝓpter hoc in apate nō fit diuersa egritudo:qꝛ illa plura sunt ibi sub vno mō:⁊ ꝑꝑ hoc magis facit mentionē de apate:qꝛ apa hꝫ mag̃ illa gn̄a sub mō vnitat̄.Et ex hoc pōt apparere respōsio ad illud qd̄ ɔsueuit queri vtrū apa sit egritudo vna:qꝛ fm rei veritatē loquendo de vnitate quātū ad essentiaꝫ ꝙ ipsa non est egritudo vna sꝫ multiplex:qꝛ ibi est egritudo male cōplexionis male cōpōnis ⁊ sol'onis ɔtinui:sꝫ videte lꝫ ipsa quātum ad eēntiā sit multiplex:tn̄ loquēdo de vnitate morbi dr̄ vn⁹ morbus:qꝛ nō depēdet ab alio:⁊ dr̄ vnus qꝛ vna cā ꝑficit curationē illoꝝ:ꝑꝑ qd̄ dr̄ egritudo vna.Sil'r debet̄ aduertere ꝙ apa sumitur dupl'r.Uno mō large:⁊ isto mō sumit̄ pro apate magno ⁊ paruo.Alio mō sumitur stricte:⁊ tūc dr̄ apa qd̄ est magne collectionis:⁊ istā distōneꝫ insinuat Aui.cū dicit.⁊ eminētia in cute:eminētia.n.sunt apata parua sicut apa est eminētia magna.Deīde cū dicit.

¶Et in apate qdē oīa egritudinū genera reperiuntur. In eo nāq̄ repit̄ egritudo malitie cōpl'onis.Nullum nāq̄ accidit apa nisi ex cōpl'onis malitia cum mā:⁊ in ipso ēt inueniunt̄ forme ⁊ cōpōnis malitia.Nullū eniꝫ sit apostema quin cuꝫ eo proueniat lesio in figura ⁊ in dimensione:⁊ plerūq̄ etiam adest cū eo egritudo sit⁹.Et inuenit̄ in ipso egritudo cōis que est ɔtinuitatis solutio.Nullū enim accidit apostema nisi ꝓculdubio cōtinuitas soluat̄ cū in mēbro apostemato materie euacuant̄ suꝑfluentes ⁊ inter ꝑtes penetrant ipsi⁹:⁊ sepationē inter vnas faciūt ⁊ alias ⁊ sibi loca capiunt.

¶In ꝑte ista decl'at ꝙ apa sit egritudo cōposita.Juxta quā ꝑtem vos debetis plura aduertere:p̊ qꝛ Auic.ꝓbat ꝙ in apate sunt oīa genera egritudinū dicēs ꝙ est ibi malitia cōplexionis cum mā.

Dubiū 3m ¶Sed dicet aliqs istud vr̄ falsum:qꝛ dicit Serapio ꝙ flegmon qn̄ fit a sanguīe fit aliqn̄ a sanguine laudabili:ḡ si flegmon fit aliqn̄ a sanguine laudabili in ipso nō erit malitia cōpl'onis cuꝫ mā ⁊ cā est duplex.Una est:qꝛ necesse est ꝙ mā que colligit̄ in apate acqrat malā discrasiā fm ꝙ appet in illo afor̄.20.6.ꝑti.⁊ a Gal'.i cōmen.Si sanguis fluat in ventre necesse est in pus ɔuerti:qꝛ necessariuꝫ est ꝙ cū sit extra locū suū ꝙ acqrat malitiā qualitatis:⁊ sicut ac-

cidit de sanguie:ita ēt accidit de alijs humorib⁹:q: qcūq̄ hūor q̄ dz eē in venis ⁊ egredit̄ acq̄rit malitiā qualitatis cū mā. Alia causa exhibet̄ a Gal.in.2.de febrib⁹ ca.9.dicit enī.H.ibi ꝙ per oppilo‑nē accidit ꝓhibita trāspiratio q̄ est cā pp quā mā acq̄rit malitiā qualitatis:sed oē apa est faciēs opplōnē:⁊ per ꝯns ē ꝓhibēs euētationē qua ꝓhibita de necessitate mā acq̄rit malā qualitatē. Debetis tñ aduertere ꝙ mā que facit apa aliqñ est male qualitatis añteq̄ faciat apa:⁊ hoc est qñ humor malus expellit̄ ad aliquā pticulā ⁊ facit apa:aliqñ non est male qualitatis anteq̄ expellat̄:sed postq̄ expulsus est ⁊ gñauit apa acq̄rit malā qualitatē:ꝙ qñ Serapio dicit ꝙ flegmon qñq̄ fit a sanguie laudabili vult dicere ꝙ flegmon aliqñ fit a sanguie qui qdē est male qualitatis añq̄ trāsmittatur ad locū:aliqñ acq̄rit malitiā qualitatis postq̄ trāsmissus ē in locū in quo facit apa. Subdit postea ꝙ in apate reperitur forme ⁊ cōpositionis malitia:per formā ipse itelligit figurā sicut ipse exponit:q: figura est qdā dīa forme:per cōpōnē ipse itelligit malitiā egritudinis cōpositionalis quecūq̄ sit illa. Subdit postea ꝙ nullū apa est quin ab ipso nō pueniat lesio in figura ⁊ in dimēsiōe plerūq̄ accidit egritudo situs:ergo ꝭm ꝙ dicit semp accidit egritudo figure ⁊ dimēsionis. Iuxta qd̄ vos debetis scire ꝙ Auic.insinuat ꝙ egritudies ex pte cōpositionis sunt duoꝝ modoꝝ saltem.

Dub^m 4^m ℂ Cōtra.videt̄ ꝙ pctm̄ in dimēsione nō fit egritudo cōstituens eēntiā apatis:nam peccatū in dimēsione vz eē tumor. Tumor aūt nō est de essentia apatis:⁊ hoc vz velle. H.ꝑ de accñti ⁊ mor.ca.12.dicit enī ꝙ tumor est accñs ꝯns apa.⁊ silr.H.13.de ige.cap.1.dicit ꝙ tumor ⁊ rubor ⁊ ista talia sunt accñtia morbi qd̄ est apa. Nūc aūt qd̄ est accñs nūq̄ est de essentia:ergo peccatū dimēsiōis nō videt̄ egritudo cōpositionis ptinēs ad essentiā apat̄. ⁋ Dōz est ad hoc. Iuxta qd̄ vos debetis aduertere ꝙ nos possumus loqui de apate duplr̄. Uno° quātū ad id qd̄ ptinet ad essentiā apatis. Alio° quātū ad esse manifestū qd̄ hz in mēbris. Si ꝑ mō dico ꝙ tūc cōcurrit 3^m genus morbi.s.mala cōplo:mala cōpositio q̄ currit:⁊ repletio porositatū que sunt in mēbris ꝯsilib⁹:ħ aūt peccatū refert̄ ad genus morbi cōpōnalis:q: ibi fit repletio receptaculoꝝ vel viaꝝ q̄ sūt in mēbris ꝯsilib⁹:⁊ a tali mō cōpositionis tale apa absolui nō pōt:ꝙ in apate semp ɔtingit peccatū cōpōnis:sed ꝭm ꝙ est morb⁹ faciēs nocumētū in figura nō est necūq̄ ꝙ tale peccatū ɔsequat̄ apa:q: qdā est apa qd̄ nō pmutat mēbrū a sua figura:vt herisipila in q̄ nō est tumor:ꝭ saltē fit sic ibi repletio ⁊ extēsio mēbri pp qd̄ accidit solō ɔtinuitatis nō necessariū est ibi peccatū figure:⁊ ꝭm ħ dicebat Gal.ꝙ tumor est accñs ⁊ qñq̄ morbus:cū enī tumor p se ledit:tunc est morb⁹:qñ aūt nō:tūc est accñs:⁊ ꝭm hoc dicebat ꝑ de ingenio ꝙ tumor ⁊ cetera sunt accñtia apatis. Scd̄o pōt hoc declarari a pte mebri in quo accidit apa:quedā enī mēbra sunt que adeo sunt grossa ꝙ extēsiōe nō patiunt̄:qdā aūt adeo sūt mollia ꝙ nō suscipiūt extēsionē rōne illi⁹ humiditatis vt cerebrū. ⁋ Alio mō pōt cōsiderari apa quātū ad eē manifestū ipsi⁹ in mēbro:⁊ ꝭm hoc dicit Aui.ꝙ quātū ad esse manifestū nō fit apa in mēbro quin perueniat lesio in figura. ⁋ Ulteri⁹ debetis aduertere ꝙ semp in apate sequit̄ solō cōtinuitatis:sed solō ɔtinuitatis que est ibi non est quecūq̄ solō:q: illa solō nō est manifesta sicut est illa q̄ fit a gladio vel a fisl̄:sed est solō cōtinui occulta que est solū in figura depēdēs solū a cā:⁊ ideo itātū dz illa solō cōtinui eē ibi inquātū ipsa est a mā replēte ⁊ extēdēte:⁊ pp ħ solō ipsa ɔtinui refert̄ ad cāꝫ:⁊ ꝑ tāto ipsa dz eē in fieri lꝫ ipsa nō sit manifesta:⁊ pp hoc dato ꝙ in apate sit mala cōplō ⁊ mala cōpositio ⁊ solō ɔtinui:nō tñ dicemus ꝙ in mēbro in q̄ est apa ꝙ ipm̄ patiat̄ dolorē ɔtinui ⁊ solōnē:ꝭ dicemus ꝙ patiat̄ apa. ⁋ Ultimo ex his apparēt duo. Unū est ꝙ dato ꝙ in apate sit cōpositio egritudinū:vna tñ est pncipalis:alie aūt sūt sicut ꝯntes ad illā. Scd̄m qd̄ appet ex dictis est cuius mēbri pricipalis pricipali⁹ dicat̄ eē egritudo. Primo ꝙ dico ꝙ principalius in apate est vnus morb⁹:q̄re qñ egritudo fit:opꝫ ꝙ si illa plura debeāt vnū facere:opꝫ ꝙ sit ibi vnū peccatū pncipale:⁊ sic est in apate:q: peccatū repletionis:q: qñ apa fit prius est ibi repletio postea extēdit̄ ɔtinuū mēbri:⁊ tūc soluit̄ cōtinuitas ipsi⁹ ⁊ etiā gñat̄ mala cōpositio:⁊ pp ħ repletio est sicut egritudo pncipalis:q: alia peccata solū fiūt ab isto. Scd̄o appet cui⁹ mēbri pncipalr̄ dicat̄ egritudo eē:q: cū apa gñet̄ ex repletiōe porositatum ⁊ porositas ꝑ attribuat̄ mēbris cōsilīb⁹ ꝙ postea dicet̄ eē pricipalius membrorum consimilium egritudo. Deinde cum dicit.

ℂ Apostema preterea mēbris accidit mollibus:⁊ est ēt cum ossibus accidit res que apostemati similat̄ ꝑ quā eius ingrossatur concauitas:⁊ eius augmentatur humiditas. Neq̄ est mirum vt sit illud qd̄ nutrimenti recipit augmentum superfluitatem recipiens cuꝫ in ipso penetrauerit:aut in ipso acciderit.

ℂ Prosequit̄ de apatib⁹ ponēdo modos ⁊ genera ipsoꝝ in spāli.2^a ibi(Et apa qd̄ erit aut calidū aut frigidū.) Pria hz duas. Prio ponit modū cuiusdā dubōnis euētus apatū in qbusdā mēbris in qb⁹ erat aliqd̄ dubiū. Et scd̄o oñdit modū gñationis in mēbris. secūda ibi(Et oē qdē apa.) ℂ In pte ista oñdit talē rōnē. Illud mēbrum qd̄ recipit nutrimētū pōt recipere supfluitatē nutrimēti:sed ossa ⁊ cerebrū sunt hmōi.q̄re ⁊c. ⁋ Iuxta quā rōnē vos debēt aduertē vnū ꝙ Aui.hoc dixit pp opiōne quoꝝdā. Quidam vō dixerūt ꝙ mēbra mollia nō apant̄:q: nō patiunt̄ extēsionē sicut est cerebꝝ: nec ēt ossa pp duritiē ipsoꝝ nō extendunt̄:⁊ hui⁹ opionis fuit Serapio ⁊ formauerūt istam rōnem. Illa mēbra nō possunt apari q̄ nō possunt extēdi:cerebrū ⁊ ossa sunt hmōi:molle enī non extēdit̄ nec durū:⁊ simlr̄ dens nō apatur:⁊ pp hoc Auic.silr̄ in tertio reprobat istā opiōnē in cap̄ de carabito.dicens ꝙ cerebrū pōt apostemari:⁊ hoc ꝓfessus est.H. Nūc aūt hic ponit rōnē suā ꝑ quā ꝓbat̄ ꝙ ossa ⁊ cerebrū pñt apari. Soluēdo ad rōnē ipsoꝝ ipsi dicūt qd̄ nō pōt extendi nō pōt apari:veꝝ est. Tu dicis postea cerebꝝ ⁊ ossa ⁊ hmōi.falsuꝫ est. Tu ꝓbas ꝙ cerebrū est molle:dico ꝙ mollities est duplex:qdā est mollities aquea ⁊ ista mollities nō patit̄ extensionē:sed mollities que est viscosa bñ patit̄ extēsionē:⁊ ossa silr̄ q: pōt in ipsis penetrare supfluitas nutrimēti pp porositates ipsi⁹ ossis. ⁋ Sꝫ videte lꝫ Aui. ɔdicat illis:tñ possum⁹ eos reducere ad ɔcordiā:⁊ tūc dicem⁹ ꝙ noīe apatis possumus duo intelligere. Unū est ꝙ illud qd̄ vere sibi conuenit est rō apatis:⁊ ꝭm ħ mēbra dura ⁊ mollia possunt apari:⁊ ideo q: in eis pōt fieri mala cōplexio replens ⁊ solutio cōtinui ⁊ mala cōpositio:hoc mō dens ⁊ talia possunt apari:q: eis vere pōt cōtingere rō apostematis. Alio° ꝙ intelligatur ratio apostematis superuenire mēbris quātū ad esse manifestū:⁊ quantū ad hoc apostema non pōt cōpetere istis membris:⁊ hoc modo intelligit Serapio.ergo primo modo intelligit Aui.secūdo modo Serapio. Deinde cum dicit.

ℂ Et oē qdē apa qd̄ cām nō hz manifestā:⁊ eius causa corporalis mōstrat materiā de vno mēbro ad aliud qd̄ est sub eo fuisse mutatam vocatur catarrus.

ℂ In ista pte oñdit modū gnōnis ei⁹ in mēbris.⁊ ꝑ facit hoc.2° rñdet cuidam tacite qōni.2^a ibi(Et est cū cā.) ℂ Iuxta quā ptē; debetis aduertere vt itelligatis ꝙ in his vbis Auicē.vult denotare modū gnōnis apatis duplicem:veꝝ est ꝙ vnum exprimir manifeste:alteruꝫ aūt dat intelligere per qd̄ debetis scire ꝙ apa pōt generari duplr̄ ꝭm ꝙ mā pōt dupliciter considerari. Uno modo ꝭm cursum materiei de vno mēbro ad aliud mēbrū:⁊ istud gñat apostema per modū catarri. Alio mō pōt apa generari in mēbro non per viā defluxus:sed sine decursu materiei de vno mēbro ad aliud mēbrū:ꝭ pp illd̄ qd̄ aggregat̄ in mēbro ipso:vel pp ipotētiā expulsionis:vel q: aggreget̄ ex cā primitiua sicut accidit in ɔtusione mēbri ꝯsilis:⁊ tūc fit apostema lꝫ possit silr̄ in ɔtusione illa effundi aliūde. Aui.aūt voluit istū modū vltimū dare itelligi. Uex ē ꝙ nō explificat nisi de vno mō opōnis gnōnis.s.qñ gñat̄ apa ꝑ viā defluxus:⁊ hoc est qd̄ Aui.dicit in lr̄a ꝙ oē apa qd̄ cām nō hz manifestā gnōnis in mēbro in quo generat̄ mōstrat ꝙ eius gñatio fit per modū catarri. Catarrus aūt accipit̄ 2^r. Uno modo gñalr̄ ꝑ oī modo defluxus de vno mēbro ad aliud mēbrū. Alio modo accipit̄ specialr̄:⁊ tunc catarrus accipitur pro mā que defluit a capite ad guttur. Hic autē accipit catarrū gñalr̄ pro oī fluxu vni⁹ mēbri ab alio mēbro:⁊ hoc est qd̄ dicit ꝙ monstrat materiā de vno mēbro ad aliud qd̄ est sub eo fuisse mutatam. Deinde cum dicit.

ℂ Et est cū causa mālis ex qua apostemata ⁊ eminētie gñantur est in alijs submersa humorib⁹ nō ꝭm suas impedientib⁹ qualitates. Cūq̄ humores illi boni aliquo eōnis modo postea se euacuauerint:aut nāli sic mulieribus accidit cū pariūt:aut nō nāli sicut eis accidit qui vulnerant̄ cuꝫ egredit̄ sanguis bonus ⁊ remanent humores illi mali puri singulares ⁊ impeditur pp eos natura ⁊ expellit eos. Et est cum expulsiōis modus est ad cutem ⁊ faciunt apostemata aut bothor.

Dub^m p^m ℂ In pte ista rñdet cuidam tacite qōni. posset aliquis dicere quomodo est ꝙ humor malus aggregat̄ in membro si non hz ꝙ virt⁹ attractiua illius mēbri attrahat illum humorē. Iteꝝ pp qd̄ est ꝙ illa superfluitas aggregata in mēbro expellit̄ cū non expelleretur prius:per qd̄ Aui. vult ostēdere q̄re virtus expulsiua expulit humorē:siue hoc ꝙ virtus attractiua illi⁹ mēbri attrahat. scd̄o vult oñdere:q: nō semp expulsiua alicui⁹ mēbri expellit:ꝭ q̄re ħ accidit istud ɔtingit pp qd̄dam accidēs. ⁋ Iuxta qd̄ vos debetis aduertere

uertere ꝙ in his verbis Aui. duo insinuat. Primũ est ꝓꝑ qḋ accidat in genere expulsio de vno mẽbro ad aliud: ⁊ si virt⁹ attractiua illius mẽbri ad qḋ expellit̃ nõ attrahat absq; cã ẽt primitiua: q̃ isinuat Aui. ꝙ cã ei⁹ est 2ᵃ. Quedã eni sumit̃ ex ꝑte materie: ⁊ ista ẽ ꝓꝑ nocumẽtũ ipsius: vñ qñcunq; mã vnius mẽbri ledit̃ ab aliq̃ mã ibi cõtẽta mẽbrũ mouet̃ ad expellendũ: ⁊ dato ꝙ non sit ibi attractio mẽbri ad qḋ expellit̃ mã. Alia sumit̃ a ꝑte mẽbri expellent̃ ⁊ dispõne mẽbri recipiẽtis: puta ꝙ mẽbrũ expellẽs est forte: mẽbrũ aũt recipiẽs est debile: ⁊ ex hoc põt accidere apa: ⁊ hoc est qḋ dic̃ in fine. Et est cũ expulsiõis modus ad cutim: ꝫ cã in gñe ꝓꝑ quã superfluitates expellunt̃: ⁊ dato ꝙ nõ attrahant̃ est: q: ille superfluitates nocẽt alicui mẽbro: ꝓꝑ qḋ illud mẽbruꝫ mouet̃ ad expulsionẽ. ¶ Scḋo isinuat ꝓꝑ qd est ꝙ superfluitates que sũt in vno mẽbro nõ expellunt̃: ⁊ postea in quodã alio tꝑe expellunt̃. Insinuat ꝫ quare magis iste superfluitates expellunt̃ in isto tꝑe q̃ꝫ in illo. Cã hui⁹ est: q: virt⁹ expulsiua nõ expellit nisi ꝑcepto nocumẽto sensibili: hoc aũt est qñ est mixtio maloꝝ humoꝝ cuꝫ bonis: ꝫ qñ accidit ꝙ humor bon⁹ expellit̃: tũc mali remanẽtes iferũt lesionẽ mẽbris in qb⁹ cõtinent̃ ꝓꝑ qḋ mouet̃ mã ad expellẽduꝫ. Et cã q̃re non expellunt̃ isti humores mali q sũt mixti cũ bonis est ꝓꝑ ineptitudinẽ iterdũ ipsoꝝ: aut ꝓꝑ viscositatẽ ipsoꝝ: aut grossitiẽ: aut ꝓꝑ similẽ cãm. ¶ Sꝫ dices tu ipse dicit ꝙ humores boni cũ euãnt̃ modo nãli. Cõtra. q: nã semper modo nãli euãt qḋ est nociuũ. Dõm ẽ ꝙ per modũ nãleꝫ ipse itelligit euonem factã a nã siue nãliter operãtẽ siue nõ nãliter operantẽ. Vñ aliqñ humores boni euãnt̃ a nã synthomatice. Aliqñ nãliter quãtũ ad sui principiũ: q: nã iterduꝫ nõ põt euare nocitiuuꝫ sine iuuatiuo sicut in mulierib⁹ cuꝫ pariũt: q: lꝫ illa euatio sit respectu alicui⁹ nociui non põt fieri sine euone multa iuuatiui: vtputa san. ⁊ lꝫ hoc sit de intẽtione nature. ¶ Sed posset aliqs dicere: quare non euãnt̃ mali: dr̃ q: sunt boni in maiori quãtitate: ꝑpterea non sic apparet eoꝝ euatio. Alio mõ possumus dicere ꝙ euãnt̃ solũ boni ꝓꝑ aptitudinẽ ipsoꝝ ad euãndũ. Mali aũt retinent̃ ꝓꝑ ineptitudinẽ sue sbe. Ad euãndũ aut q: sũt nimis grossi: aut q: ꝑpter viscositatẽ ipsoꝝ adherẽt: aut ꝑpter subtilitatẽ imbibunt̃ ꝑpter qḋ boni euãnt̃: mali autem retinentur.

¶ Apata v̊o diuersis differũt differẽtijs: ꝫ que magis sunt ꝯsiderãde sunt dr̃ie que ꝓꝑ eoꝝ existunt causas: q̃ quidẽ sunt materie ex qbus generant̃ apostemata.

¶ In ista ꝑte ꝑsequit̃ de diuersitatib⁹ ⁊ differẽtijs apatũ: ⁊ duo facit. Primo oñdit quot ⁊ que sunt differẽtie iste. Et 2° de istis ꝑsequit̃. 2ᵃ ibi (Materie v̊o vñ fiũt.) ¶ Iuxta ꝑmã ꝑtẽ vos d̃bet̃ aduertere ꝙ dr̃ie apatũ sumunt̃ ex multis. Nã q̃dã apata sunt salubria: quedã mortalia: q̃dã neruosa: quedã non: q̃dã dr̃ie sumunt̃ ex parte mẽbri: vt q̃dã sunt in capite. q̃dã in manu: ⁊ iste oẽs dr̃ie sũt accñtales. Sꝫ dr̃ie que debẽt attẽdi a parte causaꝝ sunt dr̃ie eẽntiales: q: sicut appuit ꝑ de febrib⁹ dr̃ia que sumit̃ a mã est magꝫ essentialis: ⁊ ꝑ tãto de istis determinat magis q̃ꝫ de alijs. Alia ratio posset eẽ: q: iste sunt magis generales. Ad istũ aũt librũ spectat cõsideratio causarum magis generaliũ vt dictum fuit supra.

¶ Materie v̊o vnde fiunt apostemata sunt sex: humores quatuor: ⁊ aquositas ⁊ ventus.

¶ In ista ꝑte prosequitur ⁊ primo ostendit quot ⁊ que sint iste materie. Et secundo prosequitur de ipsis quantum ad materiam. secunda ibi (Et apostema qdem aut erit calidum.)

Dubiũ 5ᵐ ¶ Sed aliqs quereret q̃ est cã ꝙ materie apatũ sunt sex. s. quatuor humores. Et dõm ꝙ sunt sex ⁊ nõ plures neq; pauciores. Nã apa dr̃ eẽ egritudo facta a mã corporali replente: ⁊ q: ista pñt eẽ quatuor humores ⁊ aquositas ⁊ vẽtositas: ⁊ ꝑ tanto fuerunt sex mãe ⁊ nõ plures neq; pauciores. ¶ Sed diceret aliqs nũquid possit fieri apa ex hũiditatib⁹. Dõm ꝙ humiditas est multiplex: q̃dã ꝑma: quedã secũda: quedã tertia: ⁊ quedã quarta: ex hũiditate q̃rta nõ potest fieri apa: q: ipsa est facta de sba mẽbri: sed ex alijs humiditatib⁹ põt fieri apa: puta ex humiditatibus ꝑme scḋe ⁊ tertie: ⁊ ꝫ apparet per illḋ qḋ dcm̃ fuit supra in prima fen ꝙ superfluitates quedã sunt prime digõnis: quedã secũde: quedã tertie: ⁊ aliquãdo expellunt̃ a corpore: ⁊ aliqñ aggregant̃ in mẽbro ⁊ faciunt apa: ꝫ non fecit mentionem: ꝑpterea q: talis modus gnõnis reducit̃ ad gnõnem ipsorum ex humoribus. Deinde cum dicit.

¶ Et apa qdẽ aut erit calidũ aut nõ caliduꝫ. Neqꝫ existimãduꝫ est ꝙ apa cal'm sit illud qḋ ex chol'a aut sanguine gñat̃ tm̃: sed ex q̃cũqꝫ mã siue sit calida ꝓꝑ sui essentiã: siue accidat ei caliditas ꝑpter putrefactioneꝫ.

¶ In parte ista ꝑsequit̃ de differẽtijs apatũ calidoꝝ. Secundo frigidoꝝ. ibi (Nõ calida v̊o apata.) Prima i tres. Pr̃io ponit diuersitates apatũ calidoꝝ. Et secũdo iponit eis noĩa puta illis apatib⁹ calidis. Et tertio ponit quãdam diuersitatẽ que est accepta peneꝫ quedã accidẽtia ipsoꝝ puta penes tẽpora. 2ᵃ ibi (Et sanguinẽ qdẽ purum.) tertia ibi (Et apata qdem calida.) Prima pars hꝫ duas. Primo facit qḋ dcm̃ est. Scḋo excusat se a ꝑtractatione quorũdã que magis spectãt ad quartũ librũ: puta de terminatione apatuꝫ calidoꝝ ⁊ de specieb⁹ ipsoꝝ in particulari. 2ᵃ ibi (Lꝫ etiã hec genera.) ¶ In prima parte vult iuere ꝙ apa cal'm est duplex. qḋdaꝫ est ƀm essentiã: ⁊ qḋdaꝫ est cal'm per accñs. Caliduꝫ per essentiam est duplex: qḋdam est sanguineũ: ⁊ qḋdaꝫ cholericũ. Et q: iste materie sunt equal'r calide: iõ de istis ꝑsequit̃: sed q: illa alia sunt calida per accñs: iõ eius itẽtio nõ est ꝑseq nisi de dr̃ijs eẽntialib⁹: ꝑpterea de apatib⁹ calidis per accñs nõ ꝑsequit̃. Deĩde cũ dicit.

¶ Lꝫ etiam hec genera ƀm speciei diuisionem cuiusqꝫ materie diuidãtur. Dignius tamen est in apostematibus vt in eis specialis proferatur dictio.

¶ In parte ista excusat se a lõgiori ꝑtractatiõe istoꝝ: quasi velit dicere ꝙ sufficit illud qḋ nũc dictũ est de his: ꝑpterea q: in. 4. cañ. ponit oẽs modos apatum formatoꝝ ex sanguine ⁊ cholera.

¶ Et sanguineũ qdẽ puꝝ flegmonẽ appellare ꝯsueuerũt: ⁊ qḋ ex cholera rubea ⁊ pura herisipilã. Et ex eis est compositum nomine composito superantis prepo nendo nomen: qñqꝫ enim flegmonem herisipiladẽ dicunt: ⁊ qñqꝫ herisipilam flegmonidem.

¶ Supra oñdit Aui. quot ⁊ que sunt genera apatuꝫ calidoꝝ gñal'r: in parte ista ponit noĩationẽ apatũ calidoꝝ ƀm essentiã ⁊ duo facit. Naꝫ ꝑ̊ ponit eoꝝ noĩationẽ vt coniungunt̃ cũ quodã accidente. 2ᵃ ibi (Et cũ aggregat̃.) ¶ Iuxta primã partẽ vos debet̃ aduertere: q: dicit ꝙ medici cõsueuerũt vocare apa sanguineũ puꝝ flegmonẽ qui accipit̃ multipl'r. Uno° pro oĩ iflãmatione siue sit cum mã siue sine mã. Scḋo° accipit̃ pro oĩ apate cũ mã calida: siue sit sanguineũ siue chol'icuꝫ. Tertio° pro oĩ apate calido qḋcũq; sit calidũ: siue per accñs: siue per essentiã. Quarto° pro apate calido ex mã sanguinea ex accñtibus determinatis: ⁊ hoc mõ accipitur hic flegmon qḋ dr̃ fieri ex sanguine. ¶ Secundo debet̃ aduertere qḋ dicit Aui. ꝙ apa qḋ est cõpositũ ex chol'a ⁊ sanguĩe vocãt noĩe cõposito ꝑ̄ponẽdo humorẽ predñantẽ vt qñ abũdat san. vocant flegmonẽ herisipiloidẽ: ⁊ qñ col'. vocãt herisipilã flegmonidẽ. ¶ Sꝫ dicet aliqs supposito ꝙ supabũdarẽt ambo humores equal'r q̃liter vocarent̃. Dõm ꝙ posset vocari duobus modis in abstracto: aut herisipila flegmon: aut flegmon herisipila. Deĩde cũ dicit.

¶ Et cũ aggregat̃ vocat̃ exitura. Cũqꝫ exitura in carnibus fit laxis ⁊ sub ascellis ⁊ post auriculas ⁊ in iguinibus ⁊ est ex genere corrupto qḋ in suo particulari loco nominabimus vocatur thauni.

¶ Ponit noĩationẽ istoꝝ apatuꝫ sumptã ƀm qḋdã accñs qḋ sequitur ad apa. ¶ Iuxta qḋ vos debetis aduertere ꝙ Auic. dixit. ꝙ cũ aggregat̃ vocat̃ exitura: ꝓꝑ qḋ vos debetis scire sicut appet per Aui. 4. cañ. ꝙ dr̃ia est inter apa exiturã ⁊ dubellet. Apa est sic genus ad exiturã ⁊ dubellet. Nã oẽ dubellet ⁊ oĩs exitura est apa: ꝫ nõ ꝯuertit̃ ꝙ oẽ apa sit dubellet aut exitura: qm̃ apa significat aggregationẽ cuiusdã materiei in loco q̃uocunq; aggregent̃ in membro. Exitura aũt significat aliud: q: significat apa caliduꝫ qḋ aggregat mãm velut in sinu ⁊ spatio magno: ꝑpter hoc in apate est vlceratio magna: ⁊ ꝑpterea necessaria est exitura terminari per saniẽ. Apa aũt nõ est necessariũ per saniẽ terminari: ⁊ hoc est qḋ dic̃ Aui. ꝙ quãdo aggregatur istud apa caliduꝫ vocat̃ exitura: ⁊ ꝓꝑ ꝫ Aui. 4. cañ. ponit regimẽ istoꝝ apatũ ꝑ maturationẽ ⁊ eruptionẽ. Uerꝫ est ꝙ iste erupture sunt duoꝝ modoꝝ: quedã sunt que a principio icipiẽdo aggregãt sinũ ab ipso prin° sicut apata calida q̃ fiũt in emunctorijs vt in inguĩe ⁊ sub ascellis. Et ideo Serapio appropriauit continuitas ꝑprie istis locis. Aliquãdo autẽ ista apata aggregant ⁊ sinum faciunt in ꝑcessu quãdo mã aggregatur postea: vtputa quãdo in exitura fit termĩatio ad saniẽ: ⁊ q: hoc nõ fit nisi per calidũ: iõ exitura ponit̃ de regimĩe apatũ calidoꝝ. Sed dubellet est apa qḋ colligit in vno loco mãm frigidã vt nodi ⁊ scrophule ⁊ ista talia: ⁊ ideo dubellet est idẽ qḋ exitura: nõ differũt nisi ex mã ex qua fiunt ista: qm̃ exitura fit ex mã calida: dubellet autẽ fit ex mã frigida. Subdit postea ꝙ illud qḋ aggregatũ corruptuꝫ ex exitura in carnib⁹ laxis vocatur thauni aut altuaym vel taul non est vis. Taul ẽ apa qḋ fit ex mã corrupta venenosa ex qua sequũt̃ accidẽtia pessima cordis sicut syncopis tremor cordis ⁊ hmõi talia: ⁊ istud apostema vocat̃ alio noĩe antrax. Deinde cum dicit.

¶ Et apñata q̄dē cal'a hñt pricipiū ī quo humor ad exteriora egredit: ⁊ appet ꝙ ꝯcauitas auget. Deide capacitas cū eo auget ⁊ distendit. Postea stat cū egritudo ad maiorē ꝑuenit statū in q̄ eē dꝫ. Post icipit minui ⁊ maturat ei⁹pus ⁊ ꝺclinat ei⁹eē: aut ad resol'onem: aut ad puris collectionē: aut ad ꝯuertēdū in duritiem.

¶ In parte ista que fuit diuisa prius ostendit diuersitates apostematū penes tēpora ⁊ modū terminationis eoꝝ. ¶ Circa quā ptez vos debetis aduertere ꝙ Aui. inuit duplicē diuersitatem seu duo quātū ad essentiā ipsoꝝ. Unū dr̄ eē acceptū penes diuersitatē temporis: tēpora nō diuersificant essentiā morbi. Aliud qꝺ īsinuat dicit esse acceptum penes modū terminationis. Primo dico īsinuat diuersitatē que est accepta penes tēpora. Naz tēpora in apñatib⁹ sic̄ ⁊ in alijs morbis distinguunt z^r. Uno mō penes accidētia sicut dicimus ꝙ apñ est in principio quādo accidētia sunt parua ⁊ debilia: dr̄ esse in augmēto qm̄ creuerunt: dicit esse in statu qm̄ peruenerūt ad vltimū sui: in declinatione qn̄ declināt: ⁊ per ista accidētia ītelligit oīa que sequunt ad apñ sicut tumor q in prin° est ꝑuus postea crescit postea stat: deīde minuit: sicut est de tumore ita est de oībus sil'ib⁹. Scꝺo distiguit penes distōnez per digōnē ⁊ īdigestionē: ⁊ ista distictio nō est gñalis ⁊ nō cōpetit eodē mō apñatib⁹ q̄ terminant per coadunationē: ⁊ illis que terminant per resol'onē: vt dicat p̄n^m apñatis quādo mā est cruda augmēti: qn̄ mā īcipit digeri stat⁹: qn̄ mā est digesta. Uerū est ꝙ quodā mō cōpetit apñatibus que terminant per resol'onē. Uerūtn̄ illa resol'o est sensibilis sicut in resol'one que fit ex pleuresi: qꝛ in pleuresi resol'o est sensibilis ita ꝙ mā vr̄: sed qn̄ accidit mām resolui īsensibil'r nō hꝫ locū talis distictio. Scꝺo Aui. īsinuat distōnem per modū terminationis ⁊ ponit triplicē modū. vꝫ. per resol'onē: aut ꝑ collectionē ipsi⁹ in saniē: aut per sclirotizationē. ¶ Iuxta qꝺ vos debetis aduertere ꝙ iste terminatiōes differūt ⁊ quātū ad tp̄s ⁊ quātū ad modū terminatiōis ipsaꝝ. Differūt quantū ad tp̄s: qm̄ sclirotizatio ⁊ resol'o mag̃ accidit in tp̄e alicui⁹ sanationis: cuius signū qꝛ videmus ista fieri in tp̄e quo apñata īcipiūt declinare: sed saniatio vel collectio fit magis in tp̄e stat⁹: ⁊ hoc appet per Aui. q dicit. ⁊ postea status cū grossitudo ad maiorē ꝑuenit statū in quo debꝫ eē īcipit minui ⁊ maturat. Rō aūt qꝛ vtpl'm ista aggregatio fit in statu est: qꝛ talis aggregatio est cū adest difficultas accn̄tiuꝫ: sicut appet ꝑ illū afoꝛ. Circa gn̄ōnem saniei dolores ⁊ febres: hoc aūt accidit tp̄e stat⁹: ꝗ in tali accidit maturatio: ⁊ nō debetis ītelligere ꝑꝑ illud qꝺ dicit ꝙ incipit minui: ⁊ maturat ꝙ maturatio fiat in declinatiōe: sꝫ soluz fit in statu: ⁊ ꝑ vel vt sit sensus īcipit minui aut maturat. Differūt ista duo quātū ad modū terminatiōis: qꝛ termiatio que est ꝑ resolutionē est oīno laudabilis: ⁊ ideo nā oīno vicit: sed termiatio per collectionē est illaudabilis: nō tn̄ oīno sed termiatio ꝑ collectiōez est duplex. q̄dā est laudabilis: ⁊ istā partiꝫ vicit nā ⁊ partim vicit. quedā aūt collectio est oīno illaudabilis sic̄ illa que ꝑ putrefactionē terminat: ⁊ ista est oīno mala: qꝛ in totū vicit nā ꝓpter qꝺ īter istas terminatiōes est talis ordo: qꝛ quedā termiatio est laudabilissima: ⁊ q̄dā illaudabilissima q̄daꝫ media. Ista media est z^x: qꝛ q̄dā magis declinat ad laudabilē: quedā mag̃ ad illaudabilē: terminatio oīno laudabilis est illa que fit ꝑ resol'onē in qua oīno vincit mā morbi: terminatio oīno illaudabilis est illa in qua fit terminatio ꝑ putrefactionē. Terminatio media est z^x sicut dicebat: q̄da ꝫ plus declinat ad īnālē sicut sclirotizatio: non tn̄ est illa laudabilis sicut putrefactio: qꝛ minus mā subtilis resoluit: q̄daꝫ mag̃ est ad nālē: ⁊ ista est termiatio que accidit ꝑꝑ saniationē que fit in qua acgrit dispositio media īter saniationē laudabilē ⁊ illaudabilē: ꝓpterea qꝛ mā est magis victa ꝙ̄ vincat. Deinde cum dicit.

¶ Nō calida v̊o apostemata sunt: aut de mā melāncholica: aut flegmatica: aut aquosa: aut ventosa.

¶ In ista parte determinat de apostematibus frigidis ⁊ diuiditur in duas. Nam primo premittit distinctionem suam. Et secūdo ꝓsequitur. secūda ibi (Et illorum quidem.)

Dub[m] 6[m] ¶ Sꝫ dicet aliq̄s vr̄ ꝙ Aui. male dicat. naꝫ in q̄busdā vr̄ diminut⁹: ⁊ in q̄busdā v̊o vr̄ sup̄fluus: qꝛ ponit ꝙ quedā apñata sunt aquosa ⁊ q̄dā vētosa. Et in quarto nō facit mētionē ꝙ sit aquosa q̄re vr̄ ꝙ superfluat. Sil'r h̄ appet ex alio: nā Gal'. dic̄ in lib. 1. ꝺ febrib⁹. ca. 6. ꝙ materie apñatū sil'es sunt materieb⁹ febriuꝫ ⁊ eis ꝓportionales: sꝫ ex istis materieb⁹ non pn̄t fieri febres q̄re nec apñata. ¶ Dōm ꝙ apñata: aut sunt sanguinea: aut chol'ica: aut flegmatica: aut melancholica: aut aquosa: aut vētosa: vt dicit Auic. Et rō est: qꝛ apñ aut generat de humore frido: aut calido: aut ꝓportionali alicui istorū sicut sunt aquositas ⁊ ventositas que ꝓportionant hūorib⁹ fridis. Si sunt calida aut frida sunt q̄tuor spēs apñatuꝫ gñales sicut sunt quatuor humores. Si aūt apñata fiant a mā ꝓportionali nō pōt eē nisi duplex: qꝛ aut est causata ab humore frigido per diminutionē ab ipso sicut flegma gñat attenuatione: ⁊ qꝛ iste materie sūt sex: erunt sex spēs apñatum. ¶ Si ergo tu dicas vr̄ ꝙ sit diminut⁹: naꝫ in quarto ipse ponit ꝙ quedā sunt spēs apñatuꝫ cōposite. Dōm ꝙ hic per simplices dedit ītelligi compositas: qꝛ sua ꝺterminatio h̄ erat gñalis: vn̄ hic sua ītentio nō erat oñdere qual'r spēs apñatum adinuicē cōponunt. ¶ Ad aliud tu dicis ꝙ ibi nō facit mētionez ꝺ apñate aquoso. Dōm ꝙ cōprehendit ipm̄ sub flegmatico. ¶ Tu dicebas postea ꝙ materie apñatum erant ꝓportionales materiebus febrium. Dōm ꝙ quo ad q̄d sunt ꝓportionales ⁊ quo ad q̄d nō sūt proportionales: qꝛ sicut in febribus attendit digestio ⁊ indigestio humoꝝ: ita etiā in apñatibus: tamē est dissimile quātuꝫ ad species materieꝝ ex q̄bus fiunt apostemata: vn̄ q̄dā materie sunt in corpore que pn̄t colligi in mēbro ⁊ coadunari ex q̄b⁹ nō p t colligi febres: nā feb. vr̄ ꝑtinere ad aliq̄d qꝺ sit putridū cōpositū: ista autez magis vident ꝑtinere ad nām simplicis. Deinde cum dicit.

¶ Et illoꝝ quidē que ex materia sunt mel'ica tria sunt genera: durities ⁊ cancer quoꝝ plurima sunt acuta et glādularū genus ex q̄bus sunt scrophule ⁊ nodi.

¶ In p̄te ista ꝓsequit ⁊ diuidit in ꝑtes quatuor h̄ꝫ ꝙ quatuor sunt spēs apñatū de q̄bus ꝓsequit. Nam p̊ ꝓseq̄tur de apñatib⁹ mel'icis. Scꝺo de flegmaticis. Tertio de aquosis. Et quarto de vētosis. z^a ibi (Flegmaticoꝝ v̊o.) tertia ibi (Aquosa autez apñata.) quarta ibi (Et vētosa q̄dez apñata.) Uerꝫ est ꝙ posset premitti alia diuisio vt dicit. Pri̊o ipse ꝺtermiat de spēb⁹ istoꝝ apñatū. Scꝺo de his que similant. Tertio remittit nos. z^a ibi (Amplius bothor.) z^a ibi (Tu aūt in hoc libro.) Prima hꝫ duas. Naꝫ in prima ꝑte ponit q̊t sunt spēs ⁊ modi apñatuꝫ melāncholicoꝝ. Et secūdo assignat dr̄iam īter istas ⁊ nodos. secūda ibi (Et inter cancrū etiam ⁊ duritiem.)

Dub[m] 7[m] ¶ Sed circa primā partē dubitare contingit. P̄mo qꝛ dicit ꝙ apostema durū fit de materia melāncholica: qꝛ hoc vr̄ falsuꝫ: nam apñ durum potest fieri de flegmate: ergo non fit tm̄ a melancholia.

Dub[m] 8[m] ¶ Itē dubitat z° de eo qꝺ dicit ꝙ cancer fiat a materia frida. Nō videtur: qꝛ fit ex materia adusta vtplurimum.

Dub[m] 9[m] ¶ Itē qꝛ determiat de nō calidis que fiūt ex mā adusta: postea dic̄ ꝙ plurima sūt occulta acuta. Uidet ꝙ ꝯdicat sibiipsi: qꝛ p̊ dixit ꝙ ista fiūt ex mā frida postea dic̄ ꝙ plurima ipsoꝝ sunt acuta.

¶ Hic declat qd dixit. Prīo p cām. Scdo p signū. ibi (Ioqꝫ dꝛ.) Dixit eni ꝙ cal'itati mag' attinere pōt ꝗ̄ friditati. ¶ Notādū ꝙ dixit ꝙ caloꝛ nālis sit mediū īter nām ⁊ humoꝛes: nō vꝫ: q̄ꝛ mediū sapit nām extremoꝝ: caloꝛ aūt nālis nō cōicat cuʒ natura: q̄ꝛ nā est res incorporea ⁊ caloꝛ naturalis est corporeus. Dicēdum ꝙ intelligit ꝙ sit mediuʒ. i. instrumētum per qd agit natura in humoꝛes sicut dolabrū est mediū per qd carpentarius agit in ligna: quare ⁊c.

¶ Septimū āt gen⁹ signoꝝ est qd sumit ex cogitationibus ⁊ a reb⁹ multū desideratꝭ a nā hois quas pl'm apphēdit virt⁹: ⁊ operat sil'itudinē qualitatū sic dicem⁹ in somnijs: ideo ꝙ corpus est instrumentum anime.

¶ Septimū vō gen⁹ est qd sumit a cogitationib⁹ ⁊ reb⁹ multū dñderatis a nā hois quas plerūqꝫ apphēdit virt⁹ apphēsiua ⁊ cōparat sil'itudini qualitatū que sunt in corporib⁹ sic dicet: inde subdit ꝙ corpus est instrm aīe: multi deficiunt in h̄ septimo mō: tñ bñ dʒ hoc esse lʒ non inueniat in nr̄a trāslatione: nec in illa Gerardi Cremonēsis cū aliqui libri hñt ipm: ideo legat ipsum Colcodeia apud istuʒ auctoꝛē dʒ exponi datoꝛe luminis: ⁊ hui⁹ est intelligētia corporis celestis: vult ḡ dicere ꝙ hoc nomē cal'm qd sit aīe instrʒ nō solum ex parte istoꝝ inferioꝝ: sed ēt rōne corpoꝝ supercelestiuʒ: q̄ꝛ corpora celestia ⁊ intelligentie influunt in nos motū ⁊ lumen q̄ hñt calefacere mediāte quo caloꝛe agūt sicut cum instrumento.

¶ Diceret aliqs nō vꝫ ꝙ ex cogitationib⁹ aīe ⁊ apprehēsionib⁹ possit sumi significatio sup cōplonē nālem: q̄ꝛ ab his que sunt ab electione ⁊ volūtate nō pōt sumi sigñatio sup cōplone nāli: sed cogitationes ⁊ apphēsiones aīe sunt hmōi. ḡ ⁊c. Maioꝛ est nota: q̄ꝛ nā ⁊ volūtas sunt disticta: ideo ab eis nō pōt sumi sigtio vnius sup alteꝝ. minoꝛ est de se nota. q̄re ⁊c. ¶ In oppo^m est hic Auic. ¶ Dōm ad hoc ꝙ septimū genus signoꝝ sumit a cogitationib⁹ ⁊ ꝺsiderijs humanis: ⁊ hoc declat: q̄ꝛ vnūquodqꝫ nāliuʒ appetit cōseruari in eē: cōseruatio aūt fit a simili: nā sicut dicit Gal'. in 3° thegni tex. cō. 44. discrasia nālis appetit sibi similia: accñtalis vō ꝯria: ⁊ iō dic̄ hic Auic. ⁊ a reb⁹ multuʒ desideratis a nā hois. i. a naturali cōplone eius. Et sic appet quō ab appetitu pōt sumi significatio sup cōplexionē vt qui appetit calida nāliter sigt ꝙ est cal's ⁊ sic de alijs. Sil'r pōt sumi signū sup cōplonē alicuius ab apphēsionib⁹ ⁊ cogitationibus: cuius rō est illa quā tāgit Aui. in l'ra: q̄ꝛ corpus est īstrʒ anime: oīs ergo virtus aīe īmersa materie est cogitatiua ⁊ imaginatiua ⁊c. qd dico ad dꝛiam ītellectus apphendentis ꝛm dispōnē corporis ⁊ inclinat ad rē sibi ꝓportionalem: nā sicut dicit Arist. in p̄n° phie: qm̄ anime ꝯsequunt corpora ⁊ passiones seipsas ipassibiles a morib⁹ corporis: ⁊ ideo ille qui erit cōplonis cal'e cito mouebit ad irā ⁊ furoꝛē: ille qui erit fride ad timoꝛē ⁊c. ¶ Et vlterius q̄ꝛ corpus est aīe instrm: ideo oīa disponunt ꝛm dispōnē sui organi corporalis in apphēsione: ⁊ ꝛʒ hūc modū ille qui erit cal'e com-

Dub^m 4^m

plexionis põt somniare ꝙ moretur in igne: accidit eñ ꝙ ille qui est frigide somniat morari in aq̃ ⁊ sĩlia vt dicet in decimo modo. ¶ Ad rõnem dicẽdum breuiter ꝙ lꝫ apphensio ⁊ cogitatio fiãt ab electione ⁊ volũtate absolute: tñ inclinatio ⁊ dispõ aĩe a corpore ẽ nõ in electione: sicut pꝫ in virtutibꝰ moralibꝰ in qbꝰ inclinatio corporis multũ valꝫ vltra cõsuetudinẽ acquisitam: quare ⁊c.

**¶ Octauum autem genus est qđ sumitur a signis operationum.**

¶ Prius determinauit de septẽ gñibus signoꝝ cõplõnũ: hic deter. de octauo gñe qđ sumit̃ ab opõnibꝰ. Primo ostẽdit vñ sumit̃ hoc genus. Scđo docet significare per ipm̃. ibi (Cũ enĩ opõnes.) ¶ Sꝫ tu dices nõ vĩ ꝙ hoc genus octauũ signoꝝ sit hic cõueniẽter positum: qꝛ ẽt septimũ genus est sumptũ ab opõnibꝰ: ergo istud genus est superfluũ. Dõ ꝙ lꝫ septimũ ⁊ octauũ sint sumpta ab operationibus: tñ differunt multiplr̃. Primo qꝛ septimuꝫ sumitur ab operationibꝰ determinatis: octauũ autẽ gñaliter. Item septimum sumit̃ ab operationibꝰ aĩalibꝰ octauũ a nãlibus. Itẽ septimũ sumit̃ ab operationibꝰ que sunt passiones: nã cogitare ⁊ desiderare cõsistunt in pati: octauũ autem sumit̃ ab operationibꝰ que sunt actiones caliditatis nãlis. Item qꝛ septimũ genus sumit̃ ab operationibus intẽtionalibus. sed octauũ vtplurimũ ab operationibꝰ realibꝰ. Itẽ septimũ sumit̃ a rebꝰ vt ad dterminata obiecta cõparãtur: sed hoc octauũ genꝰ nõ: sꝫ gñaliter magis. Deinde cuꝫ dicit.

**¶ Cũ enĩ operationes ſm nãlem cursum ꝓcedũt plene ⁊ perfecte significãt cõplexionis equalitatem.**

¶ Hic docet signare p hoc genꝰ signoꝝ sup cõplõnẽ. Prĩo sup complexionẽ tẽperatã. Scđo distẽperatã. ibi (Oꝛ si a pte sua.) ¶ Notãdũ ꝙ opõnes ꝓcedere ſm cursuꝫ nãlẽ est ipsas ꝓcedere vt corpori ꝓportionant̃ in quo fiũt: cuius rõ est: qꝛ nã consistit in ꝓportione q̃dã vt dĩ p̃ de accñti ⁊ mor. sicut ergo diuersificat̃ cõplõ mẽbroꝝ vera ita ⁊ nã opõnum: si ergo ꝓcedũt a corpore vt sunt ei dbite ſm nãm: ⁊ vt ei ꝓportionãtur dicentur ꝓcedere ſm cursuꝫ naturalem: dicũtur autẽ operationes ꝓcedere plene qñ ſm eẽ ipsaꝝ operationũ ꝓcedũt sicut debent ſm eaꝝ sbam in seipsis: dicuntur aũt ꝓcedere pfecte quãtũ ad numeꝝ ipsaꝝ: ita ꝙ vult p multiplicationẽ istoꝝ v̾boꝝ. s. ſm cursum nãlẽ plene ⁊ pfecte dicere tria. s. ꝙ ꝓportionent̃ corpori: ⁊ ꝙ sint sicut debẽt ⁊ quot: ⁊ tũc sig̃tur in tali corpore tẽperies: ⁊ hoc est qꝛ cõplõ tẽperata quãtũ ad illđ qđ sonat nomẽ dĩ apud medicũ inquãtuꝫ refert̃ ad opus ⁊ ipm̃ pficit ⁊ distẽperata deficit ab ope: nã hec est p̃ma dr̃ia que est iter tẽperatũ ⁊ distẽperatũ: vt vult Gal. in libro de bona habitudĩe: ⁊ in. 2. de cõplõnibꝰ. ca. 6. ⁊ ideo opõnes ꝓcedere ſm cursum nãleꝫ ⁊ plene ⁊ perfecte significant super cõplõnem nãlem. ¶ Et ex istis apparet vlteriꝰ ꝙ nullũ est dubiũ ꝙ cõplõ tẽperata meliꝰ põt in suũ opus q̃ꝫ distẽperata quãtũ ad oẽs operationes eius.

Dubiũ 5m ¶ Tamẽ bñ est dubitatio: vtrũ sit possibile corpꝰ distẽperatũ habẽ aliquã opõnẽ melius q̃ꝫ corpus tẽperatũ. Et vĩ ꝙ sic: qꝛ tẽperamẽtuꝫ vniuscuiusqꝫ operatiõis videt̃ declinare magis ad vnã qualitatẽ q̃ꝫ ad aliaꝫ: vt digerere ad calidum magis appetere magis ad frigidũ retinere magis ad siccũ expellere mag̃ ad humidum: ⁊ qꝛ cõplexio tẽperata nõ potest habere istas qualitates excedẽtes: distemperata autẽ sic: ideo videtur ꝙ aliqua corpora distemperata magis possint aliquas operationes q̃ꝫ temperata: tñ de hoc dicet̃ in sequẽti cap̃. qꝛ ista questio ibi cadit aptius: ideo ibi dimittat̃.

**¶ Oꝛ si a parte sua ad motus mutent̃ superfluos significant cõplõnis ineq̃litatẽ ⁊ calĩtatẽ. Et silr̃ si ꝓperauerint qñ calĩtatẽ significãt sicut augmẽti velocitas natiuitatis capilloꝝ ⁊ natiuitatis dentiũ. Oꝛ si dbilitent̃ ⁊ ociose fiãt ⁊ tardent̃ signãt cõplõnis frigiditatem.**

¶ Hic docet signare p octo gñã signoꝝ sup cõplõne distẽperata. Primo facit hoc in gñali. Secũdo in spãli descẽdẽdo ad quasdam opõnes spãles. ibi (Ex genere aũt opõnum.) Prima in duas. Prĩo docet signare per hoc genus absolute. Scđo cõparatiue. ibi (Firmior vo.) Et hoc ſm vnũ modũ legẽdi: tñ vt ibi videbit̃ illa ps põt aliter itroduci. Prima in duas. Prĩo p̃mittit modũ signandi h̃ genus. Scđo declãdo hũc modũ significãdi sup cõplõnẽ distẽperataꝫ remouet quasdã dubõnes. ibi (Est tñ cũ eoꝝ debilitas.) ¶ Iuxta primam ptẽ notãdũ ꝙ Aui. hic duo dicit per que ex opõnibus habet̃ cognitio cõplõnis calẽ: sicut duplr̃ põt eẽ recessus a temperamẽto. s. versus plus ⁊ superfluus vt si mag̃ intẽdat̃ opatio q̃ꝫ dbeat ꝓpter excedẽtẽ calĩtatẽ: aut quãtũ ad ꝓperationẽ ⁊ celeritatẽ ꝓperationis. s. ꝙ fiat citius q̃ꝫ debeat sicut videmus in operationibus: ⁊ ipse corrumpuntur ⁊ sunt indebite: aut ꝓpter frigiditateꝫ: qꝛ nimis recedit a temperamẽto: ita ꝙ operatio deficit: aut qꝛ fit ociosa ⁊ cum tarditate nimia: ⁊ tunc debilitat̃ operatio ex pte sbe opõnis: ⁊ sic apparet q̃uo in excessu a tẽperamento põt 2r mutari opatio: silr̃ ⁊ ex parte defectus: ⁊ ideo significant ⁊c.

**¶ Est tñ cũ eoꝝ debilitas ⁊ ociositas ⁊ tarditas sũt cadẽtes pp cõplõnẽ calĩaꝫ: lꝫ illud eẽ nõ possit absqꝫ mutatione a cursu nãli cũ debilitate. Et est ẽt cũ plẽs nãliũ opõnũ deficiũt pp calĩtatẽ ⁊ minuunt̃ sic somnus: qñ fortasse est cũ destruit̃ pp caloreꝫ cõplõnis calide aut minuit̃. Et silr̃ est cũ augent̃ aliqua dispõnũ nãliũ pp frigiditatẽ sicut somnus. Sꝫ tñ nõ erunt ex summa operationũ naturaliuꝫ absolute imo cõditionalr̃ ⁊ per cãm. Somni nãqꝫ necessitas in vita ⁊ sanitate nõ ẽ necessitas absoluta: imo ꝓpterea vt spũs ab ipediẽtibus separet̃ pp illđ qđ ei accidit ex lassitudĩe: aut ppea qđ est ei necessariũ incũbere ꝓpter digestionẽ cibi: ⁊ propterea ꝙ nõ põt duas res. Somni igit̃ necessitas non est nisi ex pte alicuius impotẽtie: ⁊ est exitus a nec̃itate nãli: lꝫ sit exitus ille naturalis ab eo vñ est necessariꝰ: nãlis enĩ dicit̃ de necessario cõmunitate nominis.**

¶ Hic determinãdo modũ istum remouet qđdam dubiũ. Et p̃ remouet quãdã cõtrouersiã cõem. Scđo ꝓpriã. ibi (Et est ẽt cũ plẽs nãlium.) ¶ Primũ dubiũ sic orit̃. naꝫ dcm̃ est ꝙ velocitas augmẽti ⁊c. signãt caliditatẽ cõplõnis: ⁊ ꝙ debilitas ⁊ ociositas ⁊ tarditas eoꝝ in opõnibus significant frigiditateꝫ: sed hoc nõ vniulr̃: qꝛ supra tardant̃ ⁊ debilitant̃ ⁊ destruunt̃ etiã opationes a mala cõplexione calida sicut videmus in febricitãtibꝰ: ergo nõ est verũ ꝙ hec signa semp significẽt frigiditatẽ cõplõnis: qꝛ nõ soluꝫ pñt tardari ⁊ destrui a frigido: sed ẽt a calido ⁊ ad hoc soluit. ¶ Notãdũ circa illã ptẽ (Et est tñ) vt sciamus quid vult dicere qꝛ obscure loquit̃: nam sicut extrahit̃ ex. 3. collꝫ. ca. 21. ⁊. 4. cap̃. 4. ab Auer. aliq̃ mala cõplõ in mẽbro põt 2r se male habere ad illud. Unoͦ ꝙ excedat tẽperamẽtũ in mẽbro: ita ꝙ nõ est cũ defectu ⁊ diminutiõe caloris ĩnati. Alioͦ põt excedere mala cõplõ in mẽbro calida sic ꝙ ẽ sensibilr̃ cũ defectu ⁊ diminutiõe caloꝝ ĩnati. v̾. g. de p̃ si caloꝛ ĩnatus solũ ĩflãmat̃ in epate vel in stõcho: ⁊ dato ꝙ pp hoc nõ deficiat in sba: ⁊ hic recessus nõ vltimat̃ a nãli: ⁊ talis recessus v̾sus caliditatẽ est cã augmẽti operatõis. s. versus plus: ita ꝙ motꝰ opationis sit maioꝛ in sexetiã festinat mag̃ q̃ꝫ deberet ſm nãꝫ: aut si epar calefaciat: ⁊ isto mõ est causa adustionis sanguis ⁊ ꝯuersionis eiꝰ ad nãm calãm: ⁊ ꝙ opatio eiꝰ citiꝰ cõpleat̃. Sed scđo mõ excessus calĩtatis est cũ diminutiõe ⁊ defectu calidi nãlis. s. qñ mag̃ intendit̃ calĩtas ĩtãtũ ꝙ destruat opõnẽ mẽbri: ⁊ cũ hoc excessu calĩtatis in quo defectus calidi nãlis accidit in sua sba ⁊ diminutione eius opõni associat̃ quidã modus frigiditatis q est oppositꝰ calori nãli vt nãlis est: ⁊ ſm hunc modum nullũ est incõueniens vt epar sic supercalefactũ possit generare aquositatẽ vt ẽt ibidẽ dĩ: ⁊ ideo nõ est mirũ si ad talẽ malam cõplexionem calidam cõsequat̃ effectꝰ frigiditatis tarditatis ⁊ debilitatis operationũ cũ ibi sit quidã modus frigiditatis oppositꝰ calori ĩnato: ⁊ hoc est qđ hic vult dicere Aui. ⁊ huic ꝯcordat illud dcm̃. H. in cõ. 20. 2e parti. illius afoꝛ. Quibuscunqꝫ iuuenibus existentibus ventres sicci ⁊c. ꝙ omnis imoderata discrasia deijcit actũ proprie virtutis ſm grecã trãslationeꝫ. ¶ Est ẽt cũ plures.) Hic mouet aliã instãtiaꝫ circa p̃dicta que est ꝓpria ⁊ spãlis circa opõnẽ septimã. Primo mouet eaꝫ. Scđo remouet. ibi (Sꝫ tñ nõ erũt.) ¶ Iuxta ꝙ notandũ qꝛ 2r possunt aliq̃ dici nãlia. Unoͦ directe ⁊ prima intẽtione nature. Alioͦ large ⁊ indirecte ⁊ secũda intẽtione nature. Nãlia directe sunt que ꝓcedũt a nã ꝓpter finẽ ex prima intẽtione sicut ⁊c. sicut opõnes sensus ⁊ motus ⁊ digestionis ⁊ nutrimẽti ⁊c. Indirecte sunt que ꝓcedũt ex principio itrinseco: tñ nõ ex prima intẽtione nature: ⁊ hoc mõ defectus ⁊ corruptiõ sunt naturales nõ ꝙ natura intẽdat corrũpere prima intẽtione: tñ fit ex principio nãli intrinseco. Modo dico ꝙ in somno est duo nãliter reperire. s. retractionẽ caloris nãlis ad interiora ⁊ quãtuꝫ ad hoc est nãlis: vt dicit Auer. 2. sui collꝫ. cap̃. 21. nã causa somni est p̃nm intrinsecũ. s. virtus regitiua totiꝰ que calorem reuocat ad iteriora ne resoluat̃: nõ tñ nãlis primo: qꝛ in somno reperimus aliud. s. ꝙ impotẽtia quedã ⁊ defectus nãlis operationis spũs: ⁊ ideo est naturalis scđa intentione nature: nõ autẽ prima. Et ꝙ plus est id qđ est formale in somno nõ est opatio sed defectus: qꝛ est priuatio ⁊ ligamẽtũ sensus: tñ vt est motꝰ spũs ad interiora fit a nã: vt aũt est impotẽtia nõ: mõ regula Aui. dꝫ itelligi de nãli simplr̃: qꝛ tale est necessarium: ⁊ de tali necio qđ est nãle

ex sui

ex sui prima intẽtione nãe dicit naturale ſm rem ⁊ ſm nomẽ: sed de nãli qđ nõ est ꝓpter finẽ ⁊ primum intẽtione nature: sed est in potẽtia quedã nõ dicit naturale: nisi solum cõitate nois: nõ autez rei: ⁊ hoc est ꝙ vult dicere Aui. cum dicit. naturale enim ⁊c.

¶ Firmior vero significatio quã hoc nomẽ habet nõ est nisi vt dicatur ex cõplexione equali: ⁊ illud est vt operatione equentur ⁊ compleantur. Eius vero significatio super caliditatem ⁊ frigiditatem ⁊ siccitatem ⁊ humiditatem est significatio probabilis.

¶ Notãdũ ꝙ hec lr̃a põt exponi 2r. Unoº vt continuet ad id qđ dictũ est: ⁊ hoc mõ nãlis dz esse hic ⁊ tunc dicemus: nãle enĩ dicit de necessario quãtũ ad duo: quãtũ ad intentionẽ nature cõitate nois sui solũ: scđo rei sil': sed de eo qđ est intẽtũ prima intẽtione a nã dicet ſm nomen ⁊ ſm rõnem: ⁊ hoc est nãle simpl'r: qr firmior significatio que hʒ hoc nomẽ naturale non est nisi vt dicunt de cõpl'one equal'r. i. manifestius ⁊ certius significat hoc nomẽ nãle ita ꝙ est nãle simpliciter ⁊ prima intẽtione nature cuiusmodi est tẽperatum q̃ꝫ ꝙ de eo qđ est naturale ſm quid ⁊ recessuz a tẽperamẽto: ⁊ qr somnus est hmõi: iõ dicet de eo equiuoce nãle ⁊ ſm nomẽ solũ ⁊c. ꝓsequẽdo lr̃am ad hunc ĩtellectũ. Alio mõ põt exponi: ita qui erit. §. per se: ita ꝙ doceat significare per hoc genꝰ octauuz signorum cõparatiue: ⁊ tunc dicemus ꝙ hic vult dicere ꝙ ab hoc & genere signorum sumit significatio firma sup cõpl'onẽ equalẽ ⁊ tẽperatam ab operatione eius: hec operatio que sumit sup distẽperatã nõ est certa reducẽdo lr̃am ad hunc ĩtellectũ facilis est.

¶ Ex gñe aũt opõnũ fortiũ que calorẽ sigñant est acuitas vocis ⁊ eiꝰ grossitudo ⁊ loquendi velocitas ⁊ ipsiꝰ ꝯtinuitas: ⁊ ira ⁊ festinatio motionũ ⁊ palpebraꝝ citatio: lʒ sit cũ ista adueniũt nõ ꝑꝑ cãm cõeʒ: imo ꝑꝑ cãʒ mẽbro opõnis ꝓpriã. Nonũ vero genꝰ est expulsio superfluitatũ a corpe ⁊ qualitates eoꝝ que expellũt. Expulsio enĩ cũ nõ aufert ⁊ illud qđ ex stercore ⁊ vrina egredit ⁊ sudore ⁊ aliis est acutũ hñs odorẽ fortẽ: ⁊ tincturã ex eis q̃ ticturã hr̃e ꝯsueuerũt: ⁊ adustionẽ ⁊ decoctionẽ ex illis que assationẽ ⁊ decoctionẽ solent hr̃e est calidum. Qđ vero diuersum est ab hoc est frigidum.

¶ Hic docet significare in spãli sup quasdaʒ opõnes terminatas. ¶ Sʒ tu dices nõ vr̃ ꝙ vox acuta significet cal'itatẽ: imo friditatẽ qr significat stricturaʒ cãne pulmonis que est filia friditatis vt dr̃ in thegni: ⁊ ideo videmus pueros ⁊ mulieres hr̃e vocem acutam. Dõm ꝙ non accipit hic acuitatem vocis que fit a strictura canne pulmonis: sed appellat vocẽ acutã illã que multũ resonat: qr cum vehemẽti ĩpulsiõe aeris: ⁊ hoc fit a forti ṽtute ex cal'itate cordis ⁊ pulmonis: ita ꝙ acuta dʒ exponi. i. magna ⁊ talis sigt cal'itatẽ.

¶ Et genus qdẽ decimũ est sumptũ ex dispõnibꝰ virtutũ aĩe in suis opõnibꝰ ⁊ passionibꝰ sicut ira forꝭ ⁊ estuatio ⁊ ꝑceptio ⁊ ĩtellectꝰ: ⁊ audacia ⁊ verecũdia: ⁊ suspitio bona: ⁊ bona spes: ⁊ ĩpietas ⁊ impigritia: ⁊ moꝝ virilitas: ⁊ pauca ociositas. Et parumper pati ab vnaquaqʒ re sigñat cal'itatẽ: eoꝝ aũt ꝯria friditatẽ significãt: ⁊ ꝑseuerãtia feruoris ⁊ mãsuetudis ⁊ imaginari et rememorari: ⁊ reliquoꝝ sigñant siccitatẽ. A passiõibꝰ vero cito remoueri sigñat humiditatẽ. Ex hac qdẽ secta est ĩsomnietas ⁊ somniũ: qm̃ ille in cuiꝰ cõpl'one est dominiũ caliditatis videt se quasi ad ignem calefieri: aut sicut ille qui sedet ad soleʒ. Et ille in cuius cõpl'one est frigiditas dominans videt se sicuti eẽt in niue: aut q̃si in aquam mitteretur frigidã. Amplius vnusquisqʒ humorem habens dominanteʒ videt illud qđ suo pertinet humori quemadmodum dicunt.

¶ Hic deter. de decimo gñe cõpl'onis ⁊ posset diuidi. in. 4. Prio ꝑmittẽdo penes qd sumat hoc genus oñdit qũo significat super cõplexionẽ siccã. Scđo humidã. ibi (A passionibꝰ vero.) Tertio cal'aʒ. ibi (Ex hac qdẽ secta.) Quarto frigidaʒ. ibi (Et ille in cuius cõpl'one.) sed legat totũ sil'. ¶ Iuxta qđ notãdum ꝙ hoc decimũ genus signoꝝ differt a. 7. ⁊. 8. qr lʒ hec tria genera sumant ab operationibus aĩe: tñ diuersimode qr septimũ sumit ab opõnibꝰ determinatis: istud vero ab operationibus cõibus. Iteʒ septimo nõ accipit in relatione ad diuersa obiecta: illud aũt sic. Iteʒ differt ab. 8. gñe ꝙ 8. genus sumit ab opõnibꝰ nãlibus vt distinguunt per ꝑfectuʒ ⁊ ĩperfectũ: sed. 10. genus sumit a dr̃ia opõnũ ſm seipsas. ¶ Et parũper pati ab vnaquaqʒ re.) Sʒ tu dices. male dic̃ qr in. 6. gñe signoꝝ dcm̃ fuit ꝙ corpus cal'm cito patitur a re simili: ⁊ hic dicit ꝯrium. ¶ Ad hoc dõm per expõneʒ lr̃e: qr vult dicere ꝙ parũper patit. i. qr hʒ modicã sollicitudinẽ de rebꝰ oĩbus: ita ꝙ oĩa quasi vilipendit que sibi accidũt: ⁊ dato ꝙ sint ardua ⁊ terribilia ⁊ in se tñ non timet: nã timor fit ex reuocatione caloris ad ĩteriora: nũc aũt in tali corpore est caliditas multa intra ⁊ extra: ⁊ de tali corpore dr̃ in thegni. 2. tractatu cordis tex. cõ. 2. ꝙ in eo est ꝯfidẽtia maniaca.

¶ Ex hac qdẽ secta est ĩsomnietas.) Sʒ tu dices qũo in corpore calido est insomnietas: qr ipsa ꝓprie debet virtuti debili: qr non est verus somnus: nec vera vigilia sed mediuʒ. Dõm ꝙ alia trãslatio est melior que dicit visionẽ ⁊ somnia: vel dõm ꝙ ĩsomnietas põt accidere ex defectu calidi: vt qñ est modicus calor in corpore modicus trahit ad interiora ⁊ paꝝ relinquit in exteriori ꝑꝑ qđ accidit: ĩsomnietas aũt põt cõtingere ex superflua abũdãtia calidi qđ est in corpore: nã nullũ est dubiũ ꝙ caliditas est cã euigilatiõis dissoluẽdo vaporẽ ascendentem ad caput: qñ ergo multũ est de cal'o ad exteriora reuocatũ ⁊ multũ ad ĩteriora: cũ est ad exteriora soluit vaporem nec ꝑmittit fieri fortẽ ⁊ crassam vaporationẽ ꝑꝑ qđ accidit insomnietas: tñ prima solutio magis placet mihi.

Dub. 6.

¶ Ulterius notãdũ ꝙ dicit somniũ qũo ex somniis põt sumi significatio sup cõpl'oneʒ corporis: qr possibile est ꝙ flegmatico distillet chol'a ad liguã ⁊ somniabit res cal'as vt eẽ in igne: ⁊ tñ erit frigide cõpl'onis. Itẽ possibile est ꝙ descẽdat flegma ad linguã ⁊ somniabit frida vt eẽ in aq̃ frida: ⁊ tñ non sequit ꝙ sit cõpl'onis frigide. ¶ Ad cuius euidẽtiã notãdũ ꝙ somnia sunt duplicia: qdã sũt que ꝓcedũt ab extrĩseco. s. ab ĩfluẽtia corporis celestis: ⁊ hoc mõ fiunt somnia que ꝓferũt ⁊ vaticinant futura: vt pʒ in libro de somno ⁊ vigilia: ⁊ ex talibꝰ somniis nõ significamꝰ sup cõpl'ones ꝓprias: ⁊ cũ ipse ꝓcedãt ex causis vl'ibꝰ nisi valde p accñs. s. sup melãcholicã: qr talia somnia vtpl'm nõ accidunt nisi qbusdã mel'icis abstractis a curis secularibꝰ: ⁊ dirigunt magis ab aspectu celesti q̃ꝫ ex rõne. Alia sunt somnia que ꝓcedũt ab ĩtrinseco ⁊ ista sũt duplicia. Nã qdã sunt que sunt ab aĩa ⁊ terminant ad rẽ ex̃: sicut sũt somnia cãta a cogitationibꝰ factis in vigilia que postea in somniis repñtant ⁊ a talibus somniis nõ sumit significatio sup cõpl'oneʒ ⁊ dispõnẽ corporis: qr ꝑn'm hoꝝ somnioꝝ est sumptũ a cogitationibus que fiũt ab electiõe ⁊ volũtate: q̃re ⁊c. Alia sunt que ꝓcedunt ecõuerso: nã ĩcipiũt a dispõne corpis ⁊ terminant ad aĩam sic qñ distillat aliqs humor ad liguã: tunc somniat comedere res illiꝰ saporis ⁊ ab istis bñ sumit sigñatio sup cõpl'onẽ: cuiꝰ rõ est: qr dispositio corpis ẽ cã opõnũ dispõnis aĩe ⁊ eiꝰ istr̃m: ⁊ de h̃ intelligit hic Auic. ¶ Ad rõnẽ dico ꝙ flegmaticꝰ nõ somniabit ex discursu cholere ad liguã se eẽ calʒ nisi ex cogitatiõe facta in vigilia: ⁊ forte vt dcm̃ fuit in. 7. gñe signoꝝ: iõ a talibꝰ signis nõ sumit signũ sup complexionẽ que fiũt raro vl'a casu: ⁊ h̃ erit raro. Nota ãt ꝙ ex cogitationibꝰ nõ sumit signũ super cõpl'ones nisi sint humores ⁊c.

Dub. 7.


¶ Hoc autem totum qđ nominauimus: aut plurimum eius est de modo significationum complexionuʒ principalium que sunt ab initio creature.

¶ Hic sicut supra dicebat ponit qđdã epilogũ gñale ⁊ pʒ: nã notãter dicit aut plurimũ ꝑꝑ duo: vel qr ex his signis ꝑdictis ꝑncipal'r significamꝰ sup cõpl'ones nãles: secũdario aũt ex ꝯñti super acqsitas vel ꝑꝑ aliud: qr ex tertio ⁊ quarto genere signoꝝ possumus significare super accidẽtales: sed ex oĩbus aliis generibꝰ sup cõplexiões naturales: ⁊ quia alii modi sunt speciales: ideo dixit aut plurimum: hic cadit diffinitio. Deinde cum dicit.

¶ Cõpl'onũ vero ex nea accñtaliũ q̃ est acuta sigñat inflãmationẽ i corpore nocibilẽ: febres ꝑcedẽtes ⁊ fortitudis destructionẽ apud motꝰ: rebellionẽ cal'itatis ⁊ sitim supfluã ⁊ adustionẽ in ore stõchi ⁊ amaritudinẽ i ore ⁊ pulsuʒ q laxitudini attinet ⁊ velocitati vehemẽti ⁊ frequentie ⁊ cui omnia calefaciẽtia i regimĩe adhibita nocent ⁊ qui infrigidantia curãt: ⁊ cuiꝰ dispositio in estate mala existit. Cõpl'onis aũt frigide nõ nãlis signa sũt parũ digerere ⁊ sitis pauca ⁊ iũcturarũ laxitas ⁊ ex flegmate febres multe ⁊ cui reumatismi non nocẽt

⁊ infridātia in regimine adhibita: ⁊ vt p̄ calefacientia curet̄: ⁊ vt in hyeme malā hēat dispōnē. Signa vō humiditatis nō nālis sunt ꝑtinētia signis friditatis: ⁊ ē cū eis laxitas ⁊ saliue flux⁹ ⁊ mucilaginis ⁊ vētris sol'o et digerēdi malitia ⁊ ipedimētū qđ est a regimie qđ ē humidū: ⁊ mult⁹ somn⁹ ⁊ iflatio palpebrarꝫ. Sꝫ signa siccitatis nō nālis sūt aspitas ⁊ vigilie ⁊ macies accn̄tal' ⁊ lesio a regimine in quo ē siccitas ⁊ malitia dispōnis ei⁹ in autūno ⁊ curari p̄ id qđ humiditatē efficit ⁊ curatio p̄ns p̄ aquā calidā ⁊ oleū subtile ⁊ forꝫ receptio eorꝫ.

¶ Postq̄ deter. de signis cōpl'onū nālium: hic deter. de signis accidētaliū ⁊ posset diuidi in partes quatuor. Quia primo ostēdit sig^a cōpl'onis calide. Scđo frigide. ibi (Cōpl'onis autē frigide.) Tertio humide. ibi (Signa vō humiditatis.) Quarto sicce. ibi (Signa siccitatis.) Et pꝫ ⁊c̄. hoc autē totū qđ memorauimus vt melius memorie cōmendetur: hac infracripta signabimus figura.




## ¶ De comprehensione signorum complexionez habētis equalem. Cap. 4^m.

Signa eius aggregata accepta de alijs q̄ diximus sunt eq̄litas tact⁹ in cal'itate ⁊ friditate: ⁊ siccitate ⁊ humiditate: ⁊ mollitie ⁊ duritie: ⁊ eq̄litas coloris in albedie ⁊ rubedie ⁊ figure mediocritas iter crassitiē ⁊ maciē: que tn̄ magis declinet ad crassitiē. Et ipsi⁹ vene sunt iter submersas ⁊ sup̄ carnē p̄cedētes q̄ sūt sep̄ate ⁊ egrediētes ⁊ capilli iter pilositatē ⁊ lenitatē ⁊ crispitudinē ⁊ planitiē: ⁊ in tēpore pueritie trahāt aliquātulū ad rubedinez ⁊ in tp̄e iuuētutis ad nigredinē aliquātuluz. Et eq̄litas dispōnis somni ⁊ vigiliarꝫ ⁊ mēbrorꝫ in suis motib⁹ cōuenientia ⁊ sanitas ⁊ fortitudo in imaginatiōe ⁊ itellectu ⁊ in memoria ⁊ in motib⁹ mediocritas iter sup̄fluitatē ⁊ diminutionē. vꝫ. iter multā audaciā ⁊ timorē ⁊ iter irā ⁊ patiētiā ⁊ pietatē ⁊ misericordiā ⁊ iter stabilitatē ⁊ perseuerātiā ⁊ in op̄ōnib⁹ oībus cōplemētū ⁊ sanitas ⁊ bonitas augmēti ⁊ velocitas in ipso, ⁊ procerus stat⁹. Et erūt ipsi⁹ somnia delectātia ⁊ spem bonam faciētia ex odorib⁹ bonis ⁊ sonis delectantibus ⁊ palatijs nouis. Et hāc qdē hn̄s cōpl'onē faciē hilarem amabilē ⁊ iocūdā habebit. Et erit tēperatus in dsiderio comedendi ⁊ bibēdi: ⁊ erit bone istimbre in stōcho ⁊ epate ⁊ venis ⁊ assil'atione in toto corp̄e. Et tēperat⁹ i expellēdo sup̄fluitates a se ex cānalib⁹ q illđ efficere cōsueuerūt.

¶ Postq̄ deter. de signis cōpl'onū in gn̄ali: hic dter. de signis q̄rūdā in sp̄ali. ¶ Iux̄ qđ notādū q Aui. deter. hic solū de simplici genere signorꝫ cōpl'onū: quarꝫ p̄ma ē cōpl'o optima: secūdo est cōpl'o pessima: ⁊ rō hui⁹ est: q̄ solū deter. de istis ⁊ nō de alijs: q̄ significationes extremorꝫ nō erāt sic note ex signis supra dictis sic. itermediarꝫ cōplexionū: quarꝫ sign̄atiōes pn̄t satis hr̄i ex p̄dictis: quia quasi oīa signa supradicta sūt de cōpl'onib⁹ medijs iter optimaꝫ ⁊ pessimā cōpl'onē. Circa h̄ duo facit. Qr̄ p̄ deter. de signis optīe cōplexionis. Scđo de signis pessime cōpl'onis. ibi (Iste est cui⁹ membrorꝫ cōpl'ones.) In sequēti cap̄. Prima in duas. Qr̄ p̄ ponit signa cōpl'onis tēperate q̄ sumunt̄ a casibus absolute. Scđo ponit signa sumpta ab effectib⁹ vel op̄ōnibus. Tertio ponit signa sumpta ab vtrisq̄ sil'. 2^a ibi (Et equalitas dispōnis.) 3^a ibi (Et hāc qdē hn̄s ⁊c̄.) Prima in duas. Qr̄ p̄ ponit sign̄ationes a casib⁹ que nō sunt membra. Scđo a casib⁹. ibi (Et ipsi⁹ vene.) ¶ Iux̄ p̄mā p̄tē notandū q notāter dic̄. aggregat oīa q̄ multa sig^a h̄ posita fuerūt dispersiꝫ in 4. gn̄ib⁹ sign̄ationū sup̄ positꝫ: nā q̄dā fuerunt posita in p̄ genere vt equalitas tact⁹ in caliditate ⁊ frigiditate ⁊c̄. quedā in quarto gn̄e vt signa sumpta ex calore ⁊c̄. hic vō aggregant̄ in vsuꝫ. ¶ Secūdū notādū q dixit (accepta de alijs q̄ dixim⁹:) q̄ qn̄ deter. supi⁹ de signis cōpl'onū corporis distēperatis fecit ēt mētionē de signis temperate cōpl'onis in multis generib⁹ signorum vt supra patuit.

¶ Sꝫ ex hoc statim orit̄ dubitatio: q̄ videt̄ q signa cōpl'onis tēperate habeant̄ ⁊ cognoscant̄ ex signis cōpl'onis distemperate: ⁊ sic cōpl'o distēperata est notior cōpl'one tēperata. Itē hoc ar̄. rōne. s. q cōpl'o distēperata sit notior q̄ tēperata: q̄ illud qđ cognoscit̄ positiue est p̄n^m eius qđ cognoscit̄ priuatiue: sed cōpl'o distēperata cognoscit̄ positiue ⁊ tēperata priuatiue. iō ⁊c̄. Ma. pꝫ: q̄ habit⁹ est p̄n^m cognoscēdi priuationē. mi. appet: q̄ cōpl'o distēperata cognoscit̄ per sensuꝫ calidi ⁊ fridi ⁊c̄. cōpl'o vō tēperata per priuōnē calidi ⁊ frigidi ⁊c̄. ¶ In oppositū est Gal'. in. 2. thegni tex. cō. 11. tra. Testiculorꝫ. ca. 8. de signis cōpl'onis toti⁹. vbi dicit q oīa talia dicunt̄ respectu ad tēperatū: ⁊ per ip̄m cognoscunt̄ vt statua Polycreti ⁊c̄. Iteꝫ. G. p̄ de cōplexionibus dicit q cōplexio tēperata est antiquior in nā ⁊c̄. regula cognitionis oīum aliarꝫ cōpl'onuꝫ. ¶ Ad hoc dđm q tēperata ⁊ distēperata cōpl'o possunt accipi vno modo sub rōne mediatiōis ⁊ extremitatis vt adinuicem referunt̄: ita q. s. tēperata hꝫ rōnē medij ⁊ vt distēperata hꝫ rōnē extremi. Alio mō pn̄t cōsiderari quātū ad cognitionē ipsorꝫ. Si p̄ mō accipiātur tūc dico q cōpl'o tēperata est prior ⁊ est principiū cōpl'onū distēperatarū: cuius rō est: q̄ illud qđ est medietas aliquorꝫ extremorꝫ includēs illa extrema virtute ⁊ nō ecōuerso: ⁊ a quo oīa alia deficiūt est p̄ncipiū cognitionis extremorꝫ: sed cōpl'o tēperata respcū distēperatarꝫ est hec: q̄re ⁊c̄. ⁊ bm̄ h̄ dicebat Gal'. in thegni q oēs cōpl'ones sumunt p̄n^m ab hac: ⁊ hꝫ se inter istas cōpl'ones sicut statua Polycreti inter ceteras statuas: ⁊ hoc mō etiā loq̄tur. G. p̄ de cōpl'onibus. Si aūt cōsideret̄. scđo mō sic dico q distēperata ē notior tēperata: ⁊ est p̄ncipiū cognitionis eius: cui⁹ rō est: q̄ id qđ hꝫ rōnem superabūdantie est notius nobis q̄ id qđ hꝫ rōnē medij: sꝫ cōpl'o distēperata respectu tēperate ē hmōi: q̄re ⁊c̄. Ma. pꝫ: q̄ citius occurrit nobis caliditas vel frigiditas q̄ tēperātia inter h̄: ⁊ q̄ in hac cognitiōe sufficit solus sensus tactus. Ideo solet dici ad istā q̄ōnē q cōpl'o distēperata est notior quo ad sensum ⁊ quo ad nos: sed cōpl'o tēperata est notior simpl'r ⁊ quo ad itellectuꝫ: mō si ista sol'o intelligat̄ sic q cōpl'o distemperata sit notior simpl'r quo ad sensuꝫ: q̄ in hac cognitione solū sufficit cognitio sensus tactus

ad distinguēdū

ad distiguēdū inter hec: ꝛ ꝙ cōplo equalis sit notior quo ad intellectū: q2 in tali cognitiōe semp est necessaria cognitio itell's ad vidēdū respectū ꝙ hꝫ mediū ad extrema: q2 eget cōparatione ꝛ discursu intell's: ꝛ vt sic bñ dicūt aliter nō. ¶ Subdit vlteri⁹ ꝙ signa sunt equalitas tact⁹ in caliditate ꝛc̄. i. ꝑceptio ꝑ sensuꝫ tact⁹ complexionis eq̄lis inter calidū ꝛ frigidū ꝛc̄. nō tñ itelligat̄ ꝙ accipiat̄ hec equalitas rōne pōderis: q2 talis nō est reꝑibilis in nā: sed itelligit de equalitate ad iustitiā que sumit̄ in relōne ad opōnes q̄ debent̄ nāliter corpori humano. ¶ Subdit vlteri⁹ siccitate ꝛ hūiditate: ꝛ addit statim ꝛ duritie ꝛ mollitie: q2 sicut appꝫ. 2. de cōplexionibus. ca. 3. calidū ꝛ frigidū per se cognoscunt̄ ad tactū: sed hūiduꝫ ꝛ siccū per se nō ꝑcipiunt̄ in corporib⁹: sed ꝑ duritieꝫ ꝛ mollitiem. ¶ Subdit vlteri⁹ ꝙ in hoc corꝑe est eq̄litas coloris in albedine ꝛ rubedīe. s. est color cōmixtus ex albo ꝛ rubeo: ꝛ rō hui⁹ est: q2 in tali cōplōne nō est abūdātia calidi vel fridi ꝛc̄. iō nō est abūdātia coloris albi nec rubei: sed mediocritas eorum cū ibi sit mediocritas cāe. Et notādū ꝙ hec cōmixtio nō est solū ꝑm sensuꝫ: sed est cōmixtio vera: q2 eaꝝ cāe sunt cōmixte cōmixtione vera. s. calm frigidū ꝛc̄. ¶ Et si dicat̄ ꝙ in corpore calido ꝛ hūido est ēt talis color cōmixtus ex albo ꝛ rubeo sic dī in thegni. Dōm ꝙ in corpore calō ꝛ humido nō est cōmixtio vera: iō nec color vere cōmixt⁹. ¶ Et si dicat̄ qs color excedit vel alb⁹ vel rubeus in cōplōne equali. Dōꝫ ꝙ rubeus vt credo: cuius rō est: q2 sic̄ appꝫt. 4. de regimi. sani. color corꝑis isequit̄ dñium humoris ꝑdñantis in eo ꝑm nām: ita ꝙ talis est color qualis humor q ꝯtineret̄ in corꝑe qui diffundit̄ v̄sus cutem ꝛ nō alius: cū aūt inter humores sanguis sit mag̃ tēperat⁹: iō sanguis magis abūdat in corꝑe tēperato q̄ꝫ alius humor: ꝛ cū eniꝫ color sit rubeus: iō color corꝑis tēperati declinat ad rubeū: sed nō multū: q2 nō abūdat excellēter in sanguīe: q2 in eo ēt est cōmixtio alioꝝ humoꝝ. ¶ Subdit vlteri⁹ ꝙ hoc corpus est mediū iter crassitiē ꝛ maciē: q2 in eo est cā vtriusq̄ꝫ: tñ ꝑm nām mag̃ abūdat crassities in eo: eo ꝙ in ipso nō est mediocritas pōderis vt dcm̄ est: sꝫ cū tali cōplexione magis stat humidū q̄ꝫ siccuꝫ: q2 humidū est magis amicum nature q̄ꝫ siccum: humidū est causa crassitiei vt supra dcm̄ est: ideo magis declināt ad crassitiē q̄ꝫ ad maciem.

Dubm 2m

¶ Et equalitas dispōnis.) Diceret aliqs nūqd in corpore cōplōnis tēperate abūdat mag̃ somnus q̄ꝫ vigilia. Et vī ꝙ equalr abundet cū sit mediū iter qualitates extremas: que sunt cause somni ꝛ vigilie: iō ꝛ somnus ꝛ vigilie erūt sibi equaliter. Jtē h̄ arguit̄ aucto. Arist. ꝑ ethicoꝝ. ca. 18. qui dicit medio vite. i. somno differt felix a misero. ḡ vī velle ꝙ somn⁹ diuidat vitā: ita ꝙ est equalis cū vigilia. ¶ Ad hoc dico ꝙ ꝑm nām tp̄s vigiliaꝝ in corpore dꝫ eē lōgi⁹ tēpore somni: cui⁹ rō est: q2 hoc corp⁹ nō dī tēperatum eo ꝙ habeat equalitatē ponderis: sꝫ ꝯuenientē nāe in suis opōnib⁹: naꝫ equalitas pōderis est ipossibilis: ꝛ iō nō erit tp̄s somni ꝛ vigilie equalis: cū eoꝝ cāe nō sint equales in hoc corpore. Jtē vt supra dicebat̄ somnus nō est ex prima itētione nature: q2 est ipotētia ꝛ defect⁹: vigilia aūt est tp̄s ꝑfectiōis opōnis vel opōnū: ergo tp̄s vigilie dꝫ eē maius tēpore somni ꝛ nō eq̄le. ¶ Ad dcm̄ aūt phy. dōm ꝙ accipit dimidiū large ꝛ nō punctaliter vt arguis: quare non valet.

Dubm 3m

¶ Quere vtrū in corpore tēperato sit ꝑfectio itell'us ꝛ memorie ꝛ oium aliaꝝ opōnū aīe. s. nāliū ꝛ vitaliū mag̃ q̄ꝫ in qualibet alia cōplōne. Et arguit̄ q2 bonitas itell's ꝛ memoria nō sigñant sup complexionē tēperatā sed calaꝫ. Preterea Aꝝ. 2. de ꝑtib⁹ aīaliū dic̄ ꝙ quedā aīalia exanguia q̄ hñt quādā humiditatē subtilē sūt melioris cognitionis ꝛ memorie ꝛ mag̃ disciplinabilia q̄ꝫ q̄ hñt humiditatē grossaꝫ ꝛ exēplificat sicut apes ꝛ musce: illa ḡ cōplo est melioris itell's que hꝫ humores subtiliores: sed chol'ici hñt hūores subtiliores q̄ꝫ sanguinei ꝛ sunt calidi: ḡ bonitas itell's nō sigt sup complonē tēperatā: imo sup calaꝫ. Jtem ꝑfectio memorie ex siccitate cōsequit̄: ḡ corp⁹ qd̄ hꝫ cerebrū siccū hꝫ melioreꝫ memoriā: sꝫ corpus tēperatū nō hꝫ cerebrū siccū: ergo nō hꝫ memorie ꝑfectioneꝫ. Et q2 Aui. generalizat ꝙ in hoc corꝑe oēs opōnes sunt ꝑfectiores q̄ꝫ in quolibet alio corꝑe: ōndo ꝙ nō sit veꝝ: nā digestio ꝛ appetit⁹ vident̄ melius fieri in alijs corporib⁹: q2 dicit Gal. in. 2. thegni. 3. ꝛ 4. tex. trac. de vētre. ꝙ vēter frigidus appetere qdē bonus digerere nō bon⁹ calidus ecōuerso. Jtē olfat⁹ est melior in cerebro sicco q̄ꝫ in tēperato: nā videmus carnes hr̄e meliorē odoratuꝫ q̄ꝫ homines. ¶ Jn oppositū est Aui. hic ꝛ. G. in. 2. thegni tex. cō. 10. in libro de bona habitudīe: vbi dicit ꝙ oēs opōnes hui⁹ corꝑis deueniūt ad sūmā ꝑfectionē. ¶ Ad itellectū huius qōnis est notādum ꝙ nos possum⁹ loqui de opōnibus 2r. Uno° singulariter ꝛ distincte. Alio° ꝯiūctim ꝑut hñt ordinē ad seinuicē: nā cū oēs opōnes ꝑcedāt ab vno corꝑe hñte vnū finē: nā tādē ducunt ad vnū fineꝫ: q̄cūq̄ꝫ aūt sunt vnius finis sunt ēt vnius ordis: ḡ ꝯtingit ēt ꝯsiderari istas opōnes respcū finis. Si ꝑ mō ꝯsiderent̄. s. distincte ꝛ singulr dico ꝙ nullū ē icōueniēs ꝙ aliq̄ oꝑatio meli⁹ fiat in corꝑe distēperato q̄ꝫ tēperato: ꝛ rō hui⁹ ē: q2 sic̄ appꝫ. 6. de accñti ꝛ mor. ca. 3. diuerse opōnes regrūt diuersaꝫ tēperiē calidi: nam digestiua regrit aliud q̄ꝫ attractiua ꝛ retētiua q̄ꝫ expulsiua ꝛ memoratiua aliud q̄ꝫ apphēsiua ꝛc̄. Sꝫ cū ipossibile sit in corꝑe temperato reperiri oēs istos modos tēperiei: in distēperat̄ aūt sic vt notū ē: iō nō est icōueniēs ꝙ in corꝑe aliq̄ distēperato fiāt ꝑfectiores opōnes q̄ꝫ in tēperato sicut cal's pōt meli⁹ digerē ꝛ fridus meli⁹ appetere q̄ꝫ tēperat⁹: ꝛ cerebrū siccū pōt meli⁹ olfacere tēperato ꝛ meli⁹ memorari ꝛ sic de alijs. ¶ Sꝫ tu dices h̄ nō est veꝝ: q2 ꝑfectio opōnū semꝑ insequit̄ tēperamētū cōplōnis: nūc aūt in corꝑe distēperato nō ē tēperies: q̄re ꝛc̄. Dōm ꝙ maior est vera de temperamēto nō absolute: sꝫ ꝙ debet̄ illi opōni: ꝛ cū dī in corꝑe distēperato nō est tēperies veꝝ est absolute: sꝫ est ꝙ debet̄ illi opōni. Si aūt ꝯsiderent̄ vt hñt ordinē ad seinuicē: tunc dico ꝙ cōplementū ꝛ ꝑfectio operationū soluꝫ reperit̄ in corꝑe tēperato: ꝛ rō hui⁹ est que sumit̄ ex significato hui⁹ nois tēperamētū: nā ꝑ tēperamētū itelligimus tēperamentū qd̄ debet̄ aīe meliori mō quo mō est possibile ad suas explēdas opōnes: ꝛ ideo stōchus cal's melius digerit q̄ꝫ tēperat⁹: non tñ ita bene digerit ꝑut digerē ꝓportionē hꝫ cū attractiua expulsiua ꝛ retentiua ꝛc̄. sꝫ in stōcho temperato oēs ꝓportionant̄ ꝙ tātū appetit ꝛ tātū attrahit quātuꝫ pōt digerere ꝛ nō plus ꝛ sic de alijs: sꝫ stōch⁹ cal's si bñ digerit nō tātū appetit: ꝛ eodē mō de memoria: nā lꝫ de se melior sit in cerebro sicco q̄ꝫ tēperato: non tñ vt deseruit itellectui: q2 hꝫ spūs male se mobiles ꝛ grossos q sic non repñtāt spēs vt debēt: sed in cerebro tēperato est memoria ꝓportionalis itellectui ꝛ de tali hoie veꝝ est dicere ꝙ hō est aīal sapiētissimū ꝛ prudētissimū ꝛc̄. ¶ Ad rōnes. Ad primaꝫ q2 superi⁹ dixit de memoria ꝛ ꝑceptione veloci ꝛ intellectu veloci ꝛ nō absolute. ¶ Ad scd̄aꝫ qd̄ dicit ph's. 2. de ꝑtib⁹ aīaliū ꝛc̄. Dōm ꝙ Arist. ibi intelligit de animalibus habentibus humiditateꝫ subtilem in cōparatione ad aīalia hñtia ḡssaꝫ: lꝫ sit de se tēperata: q2 licet aliqñ nominare media noib⁹ extremoꝝ. Uel dicēduꝫ ꝙ nō intelligit ꝙ habeant humiditatē subtilē in s̄ba: sꝫ ꝑuiā ꝛ clarā: ꝛ talē hꝫ corp⁹ tēperatū: ideo ꝛc̄. ¶ Ad tertiā de memoria ꝛ de odoratu ꝛ de alijs verum est ꝑm se: tamē non vt habent ordinem adinuicem.

## ¶ De signis ei⁹ q egredit̄ ab eq̄litate suꝑflue. Ca. 5m.

Jste est cui⁹ cōplōnes mēbroꝝ nō sil'ant̄: imo fortasse mēbra ipsi⁹ ꝑicipalia in exitu ab eq̄litate sibi ꝯ̄ria existūt: ꝛ vnum eoꝝ ad vnam egredit̄ cōplōnē: ꝛ aliud ad ei⁹ ꝯ̄riā. Cūq̄ꝫ ei⁹ cōpositio dissil'is fuerit erit malus ꝛ igenio sui ꝛ itellectu sic̄ ille q magnū hꝫ vētrē ꝛ digitos curtos ꝛ facieꝫ ꝛ caput rotūdū ꝛ staturā magnā: aut ille q hꝫ ꝑuū caput ꝛ in facie ꝛ frōte carnis multitudinē ꝛ ēt in collo ꝛ pedib⁹: ꝛ est ei⁹ facies medie sphere sil's. Et si ipsi⁹ mādibule magne fuerint erit valde diuersus: ꝛ similr si caput ꝛ frons rotūda fuerint: sed facies valde rotūda et collum vehemēter grossum: ꝛ in oculis motus habuerit tarditatē erit hoibus oibus a bonitate remotior.

¶ Postq̄ꝫ deter. de signis optime cōplōnis inter corpora: hic d̄ter. de signis pessime cōplōnis intrinsece. Et ꝑ mō ōndit ꝙ est corpus pessime se hñs inter corpora ex ꝑte cōplōnis. Scd̄o ostēdit ꝙ est corpus pessime se hñs ex ꝑte cōpōnis. ibi (Cūq̄ꝫ ei⁹ cōpositio) v̄. g. de primo ꝛc̄. ¶ Notādū ꝙ corpus pessime se hñs iter corpora est id qd̄ ꝑm sui nām recedit a nāli: iste aūt recessus est nāliter 2x. s. in cōplōne ꝛ cōpōne: ideo corpus qd̄ recedit a nāli in cōplōne ꝛ compositione est pessime iter corpora oia: q2 nō dī pessime nisi in relatione ad operatiōes: iste operatiōes sunt duplices: q̄dā sunt naturales: ꝛ q̄dā sunt aīe: ꝛ iste sunt nobiliores nālibus: q2 oꝑatōes nature ordinant̄ in operationes aīe: nunc autem operationes nāles fiunt a membris cōsil'ibus sicut a ꝓprijs instr̄is: operationes autē anime a mēbris organicis: ita ꝙ h̄ est dr̄ia inter membra cōsil'ia ꝛ organica: ꝛ ideo exēplificauit de vtraq̄ꝫ natura: exēplificat etiā de intellectu maxime: q2 est nobilior oꝑatio aīe: sicut dī. 7. polyticoꝝ oia ordinans ad ipm: ideo nō solum deficit in alijs opōnib⁹: sed ēt est mali intellectus. ¶ Dicit vlteri⁹ facieꝫ rotūdā. su. plus q̄ꝫ oporteat: ita ꝙ nō sit plana a lateribus: ꝛ tunc in ipso spūs malo motu mouent̄: q2 in circulū ꝛ sic dat malū iudiciū de sensibilib⁹ ꝛ sic male operat̄. ¶ Subdit vlterius ꝛ frōte carnis multitudinem. su. q2 h̄ est cōtra nām: q2 in facie debent eē multa ossa ꝛ parum de carne: qñ aūt est multitudo carnis: hoc est ꝓpter multā humiditatem et ꝓpter defectū caloris non potentis ipsaꝫ assumere (ꝛ in collo) su. ꝙ oritur nucha oritur a cerebro: ꝛ sic orta non attestant̄ principio

(Et in pedibus.)i.ſi habuerit multitudinē carnis in extremitati-bus:hoc eſt ſignū mali motus materie ad extremitates ⁊ defectꝰ caloꝛis non potentis eam mittere vbi opʒ.(Et eius facies medie ſphere ſimilis.)i.ad modū medietatis coꝛpoꝛis rotūdi ad modum vnius toꝛtelli.ſ.ꝙ habeat faciē planā nō anterius curuatā ⁊ poſterius gibboſam ⁊ talis deficeret in imaginatione ⁊ iudicio:⁊ econtra ſic deficeret in memoꝛia.(Et mandibule magne fuerint)Eſt ſignū ꝙ ſūt magni cōmeſtoꝛes vt appʒ ī phyſionomia Ar.⁊ hñt loca digōnis cal'a.ſ.ſtōchū ⁊ epar:⁊ ꝑ ꝯñs hñt multitudinē fumoꝝ inoꝛdinate aſcēdētiū ad cerebꝝū q̄ ēt īpediūt cogitationem.

Dub^m 4^m ¶Quare dī ꝙ coꝛpꝰ peſſime cōpl'onis īter alia coꝛpa eſt id cuiꝰ mēbꝛa in exitu a tēperamēto ſunt ꝯ̄ria in cōpl'one:iō q̄rit vtrū egreſſus mēbꝛoꝝ ab eq̄litate ſm lapſū ſil'ez ſit minꝰ malus q̄ ſʒ lapſuʒ diſſimilē.v̄.g.vt ſi egreſſus ſtōchi ⁊ epatꝭ verſus cal'm ſit minꝰ malus q̄.ſ.ſi ſtōchus egrederet̄ verſus cal'm ⁊ epar v̄ſus fridū vl' ecōuerſo:⁊ arguit̄ ꝙ lapſus v̄ſus diſſimilē qualitatē aliquoꝝ mēbꝛorū ſit minꝰ malus q̄ ſm ſil'em ⁊ p̄cipue in mēbꝛis pꝛincipalibꝰ ſicut tāgit Aui.nā ille egreſſus a tēperamēto eſt minoꝛ q̄ eſt cuʒ minoꝛi diſtēperamēto mēbꝛoꝝ:ſed lapſus ſm ꝯ̄riā q̄litatē eſt hmōi.ḡ ⁊c̄. Ma.pʒ:qꝛ malitia in egreſſu a tēperamēto accipit̄ penes ſupfluitatē egreſſus.mi.appʒ:qꝛ qñ lapſus duoꝝ mēbꝛoꝝ erit v̄ſus ꝯ̄riaʒ qualitatē:tūc vnū minuet de diſtēperamēto alterius:⁊ tunc tēperabūt ſe adinuicē ſicut ſi epar diſtemperet̄ verſus cal'm ⁊ ſtōchus verſus fridū:tunc epar diminuet de friditate ſtōchi ⁊ ſtōchus de cal'itate epatis vel cerebꝝū ⁊ coꝛ eodē mō:qꝛ ſicut dic̄ Gal'.in thegni mēbꝛa pꝛīcipalia ſibi inuicē ꝯ̄ria cōparant̄:ſʒ lapſus ad eq̄litatē ſil'ez magꝭ auget diſcraſiā:q̄re ⁊c̄.Pꝛeterea ille lapſus eſt minꝰ malus q̄ magꝭ aſſimilat̄ diſpōni nāli mēbꝛoꝝ:ſed lapſus ad q̄litatē ꝯ̄riā ē magꝭ hmōi q̄ q̄ ad ſil'em:q̄re ⁊c̄.Ma.pʒ:qꝛ lapſus magꝭ ſil'is nāli ē minꝰ malus:vt pʒ ꝑ totū cōmētū pꝰ ꝓnoſti.Mi.appʒ:qꝛ mēbꝛa hñt vtpl'm cōpl'onē ꝯ̄riā:vt q̄dā ſt̄ cal'a vt coꝛ:q̄dā frida vt cerebꝝū:q̄dā humida vt epar:⁊ q̄dā ſicca vt oſſa:īmo q̄dā ſunt cōtraria alijs ad tēperandū ipſa:vt cerebꝝū ad tēperāduʒ coꝛ nāliter fuit ei ꝯ̄riū:ergo ex lapſu ad ꝯ̄riū ſit tēperamētū ⁊ ex cōgregatiōe mēbꝛoruʒ adīuicē ſicut reſultat tēperamētū ex eis ex nāli ꝯ̄rietate ipſoꝝ cōgregatoꝝ adīuicē:aut ſaltē minoꝛ lapſus q̄ ſi diſtēperent̄ v̄ſus ſil'ez qualitatē.¶In oppoᵐ eſt Aui.hic ⁊.G.in.6.de regi.ſani.⁊ Raſis in almāſoꝛē.¶Ad hoc dōm ꝙ qñ q̄rit̄ vtrū diſtēperātia mēbꝛoꝝ ſit peioꝛ qñ eſt lapſus ad ſil'ez vel ꝯ̄riā q̄litatē ꝙ mēbꝛa ipſa:⁊ p̄cipue pꝛīcipalia pñt labi a tēperamento zʳ:aut lapſo modico:aut valde magno:ſi ſit lapſus modicꝰ tūc dico ꝙ minꝰ malū eſt ad diſſil'ez q̄ ſil'ez q̄litatē:ꝙ ſi ſit valde magnus lapſus minꝰ malū eſt ad ſil'ez qualitatē q̄ ad diſſil'ez.v̄.g.de p̄ vt ſi coꝛ excedat aliquātulū v̄ſus cal'ʒ meliꝰ eſt vt cerebꝝū excedat v̄ſus friduʒ aliquātulum q̄ v̄ſus cal'm:⁊ eodē mō de ſtōcho ⁊ epate ⁊ ſplene ⁊ renibus ⁊c̄.⁊ rō pꝛimi eſt huiꝰ:qꝛ ille lapſus eſt minꝰ malus ꝑ quē magꝭ coꝛrigit̄ malitia vniꝰ mēbꝛi ꝑ malitiā alteriꝰ q̄ ille ꝑ quē auget̄:ſʒ h̄ ſit ꝑ lapſuʒ ad diſſil'ez q̄litatē magꝭ q̄ ad ſil'ez q̄litatē qñ diſcraſia eſt modica in vtroq̄ʒ.ḡ ⁊c̄.Ma.pʒ:qꝛ melioꝛ eſt remotio malitie q̄ eius augmētū.mi.appʒ:qꝛ ſi ꝑ exterioꝛa ꝯ̄ria appꝛoximata coꝛpi coꝛrigit̄ malitia mēbꝛoꝝ īterioꝝ multo foꝛtiꝰ ꝑ ꝯ̄rietatē īterioꝝ:mō ita ē ꝙ videmꝰ ꝙ friditas ſtōchi emēdat̄ ꝑ appōnē cal'oꝝ exterioꝝ:q̄d ḡ eſt īcōueniēs ꝙ emendet̄ a cal'itate epatꝭ:certe nullū:q̄re ⁊c̄. Si aūt lapſus a tēperamento ſit magnꝰ valde:de quo vī hic loqui Aui.qꝺ appet ꝑ rubꝛicā que dic̄.capl'm.5.de ſignis eiꝰ q̄ egreditur ab eq̄litate ſupflue:tūc dico ꝙ egreſſus mēbꝛoꝝ v̄ſus diſtēperantiā ꝯ̄riā eſt multo peioꝛ q̄ v̄ſus ſil'em:⁊ rō huiꝰ eſt:qꝛ id diſtēperamētū eſt peiꝰ cū quo magꝭ ꝯiūgit̄ defectꝰ in v̄tute:ſed hec eſt rō in diſtēperamēto ad diſſil'ez q̄litatē magꝭ q̄ ad ſil'ez.Ma.pʒ:qꝛ diſtēperamītū mēbꝛoꝝ nō ē malū niſi īquātuʒ deijcit ⁊ deficē fac̄ virtutē:mioꝛ appet ꝑ qꝺdā dcm̄ Aui.īfra de pulſibꝰ timpoꝝ.vbi dic̄:ita ꝙ diſcraſia diſſil'is facit maiꝰ nocumētū in virtute q̄ ſil'is.Iteʒ h̄ appet rōne qꝛ foꝛtitudo virtutꝭ in toto regimīe humani coꝛpis ꝺpēdet ex h̄ ꝙ mēbꝛa hñt oꝛdinē īter ſe quē debēt nāliter hꝛe:ḡ opʒ vt mēbꝛa habeāt quādā ꝓpoꝛtionē ad ſeīuicē:quanto ḡ eſt maioꝛ diſtēperātia vel diſpꝛopoꝛtio īter mēbꝛa tanto virtꝰ eoꝝ eſt debilioꝛ:ſʒ in egreſſu ad diſſil'ez diſcraſiā fac̄ maioꝛē diſpꝛopoꝛtionē inter mēbꝛa q̄ in egreſſu ad ſil'ez quādo diſcraſia eſt magna:ergo id coꝛpus qꝺ eſt multū egreſſuʒ ab eq̄litate v̄ſus q̄litatē ꝯ̄riā eſt ꝺbilius ⁊ peius ſe hñs q̄ id qꝺ eſt egreſſuʒ ad ſil'ez diſcraſiā:⁊ iō ꝯſueuit dici ꝙ lapſus ad diſcraſiā ſil'ez eſt tm̄ vnus:ſed ad ꝯ̄riaʒ eſt duplex:qꝛ v̄ſus duo extrema:nūc aūt peioꝛ eſt malitia multiplicata q̄ ſimplex:ḡ coꝛpꝰ qꝺ ſic hʒ mēbꝛa ſil'i mō diſcraſiata eſt minꝰ male diſpoſitū q̄ qꝺ eſt diſcraſiatū verſus ꝯ̄riā.Pꝛeterea ille lapſus ad ꝯ̄riā peius pōt coꝛrigi q̄ ille qui eſt ad ſil'em diſcraſiā:ḡ ⁊c̄.maioꝛ pʒ:minoꝛ ꝓbat̄:qꝛ in coꝛrectiōe ꝯ̄rij lapſus nihil pōt eē iuuatiuum vni mēbꝛo quin noceat alteri.Si aūt eſt lapſus ad ſil'ez ſufficit eadē res iuuatiua vtriq̄ʒ vel ſaltē nō ſe īpediūt:q̄re ⁊c̄.¶Tunc ad rōnes.Ad pꝛimā ꝯcedat̄ maioꝛ:ad minoꝛē dōm ꝙ coꝛrectio q̄ ſit in vno mēbꝛo ab alio ſil'r ſibi ꝯ̄rio bñ eſt poſſibilis cuʒ eſt ꝑuus receſſus v̄ſus diſſil'ez diſcraſiā vt dcm̄ eſt:nō aūt qñ labit̄ multum verſus diſſil'ez q̄litatē:qꝛ nō eſt imaginādū ꝙ ex mēbꝛis diſtemperatis accidat tēperamentū ſicut ex ꝑmixtiōe aque cal'e cuʒ frida:qꝛ mēbꝛa nō miſcent̄ adinuicē:ſed qꝛ frigidū qꝺ eſt in vno mēbꝛo coꝛrigit̄ a mēbꝛo alio calido:ſed qñ eſt tātus lapſus in vno membꝛo verſus vnū ꝯ̄rium ꝙ virtus eſt defecta in eo:tunc nō coꝛrigit̄ aliud:īmo accidit maioꝛ defectio in toto.¶Ad aliā cum dī ille lapſus qui magꝭ ſimilat̄ cōpl'oni nāli eſt minus malus concedit̄:ad minoꝛē dico ꝙ falſuʒ ē.Ad ꝓbationē cū dī qꝛ mēbꝛa hñt cōpl'onē diuerſam ad ſeinuicē:dicendū ꝙ verum eſt ſm naturā:ſed quando eſt lapſus magnus ad contrarium tunc eſt pꝛeter nām:⁊ tunc eſt peioꝛ q̄ ſi eſſet totus lapſus ſimilis:⁊ ſic de illo:quare ⁊c̄.

## ¶De ſignis repletionem ſignificātibus. Cap̄.6ᵐ.

Repletio ſm duos exiſtit modos.Eſt eniʒ repletio ſʒ foꝛamīa ⁊ ē repletio ſʒ virtutē.Repletio v̄o ſʒ foꝛamīa ē vt ſūt hūoꝛes ⁊ ſpūs ⁊ ſi in ſuis q̄litatibꝰ boni exiſtant in quantitate ſui ſupflui:adeo ꝙ foꝛamina īpleuerint ⁊ extēderint.

¶Poſt q̄ deter.de ſignificationibus cōpl'onuʒ tā naturaliuʒ q̄ accidētaliū:hic ſicut ſuperius dicebat̄ deter.de ſignificationibꝰ compoſitionalibꝰ:⁊ qꝛ hec ſigna magꝭ querimus hic in diſpōnibꝰ egritudinalibꝰ q̄ in ſanis:ideo totus ſuus ſermo verſat̄ circa egritudinales cōpōnes:⁊ qꝛ cōpoſitio egritudīalis vtpl'm ſit ex repletiōe:hic eſt ꝙ determinādo de ſignificationibꝰ cōpōnis egritudīalis refert ſe magis ad ſigñationes repletionis ⁊c̄.Capl'm ſic ꝓcedit.Qꝛ pꝛimo ponit ſigna repletionis.Scꝺo ponit ſigna egritudīs repletionalis.ibi(Cū materie ꝯiūgunt̄ ⁊c̄.)Pꝛima in duas.Pꝛio ꝓponit ſigna repletionis.Scꝺo:qꝛ repletio nō ſit niſi ab humoꝛibꝰ dominātibꝰ in coꝛꝑe ponit ſigna humoꝝ dñantiū in coꝛꝑe.ibi(Sanguinis ſigñationes ⁊c̄.)Pꝛima in duas.Pꝛimo ꝓponit diſtōnē repletionis.Secundo ponit ſigna vtriuſq̄ʒ membꝛi diſtinctionis.ibi (Repletio v̄o ſm foꝛamina.)Repletio v̄o.hic decl'at iſtos modos repletionis.Et pꝛimo repletionis que ſit ſm vaſa.Scꝺo que ſit ſʒ virtutē.ibi(Scꝺm virtutē v̄o.)¶Notandum circa pꝛimā ptē ꝙ repletio ſm foꝛamina eſt repletio ſm vaſa:⁊ qꝛ repletio ſm vaſa eſt repletio alicuius quāti occupantis venas que ſunt ꝓpꝛia vaſa humoꝝ ſicut replet̄ vnus vter aqua vel oleo:ideo dī repletio ſm quātitatem quecūq̄ʒ adeo eſt magna:vt in eis illa vaſa ſindant̄:iō in eis timetur motus ⁊ ebullitio ne vaſa illa ſindantur ⁊c̄.

¶Hoc aūt hñs ſm timoꝛē motꝰ exiſtit.Eſt nāq̄ʒ cū repletio venas ſcindit ⁊ ad ſuffocātia ſit fluxus ⁊ accidit ſuffocatio aut epilepſia aut apopl'ia.Cuiꝰ q̄dē ſanatio eſt vt cito cū minutione ſuccurrat̄.Sed qꝛ pꝛopter malitiā qualitatis humoꝛum contingit ipſos nocumētuʒ facere tm̄ non quantitate:ideo vincit virtutem.

¶Hic decl'at iſtū modū repletionis per accñtia cōcomitantia.

¶Scꝺm virtuteʒ v̄o repletio eſt vt humoꝛes q̄ʒtitate ſui nocumētū nō faciant:ſed malitia qualitatis ipſoꝛuʒ tm̄:quapꝛopter virtutē malitia ſue qualitatis vincūt ⁊ ſiūt inobediētes ad digerēdū ⁊ maturāduʒ.Et hoc q̄dē hñs ex egritudinibus timet putrefactionis.

Dubium ¶Querit̄ circa iſtam partē vtrum ſit dare aliquaʒ repletionē quo ad virtutem.Et arguit̄ ꝙ nō:qꝛ repletio non debet̄ niſi ei qꝺ continet illud ſicut vas vel quātitatem:ſed virtus nō cōtinet aliud ſic vas vel quātitatem:ideo ⁊c̄.Itē ponit ꝙ repletio quo ad virtuteʒ eſt repletio in quali:ſed videt̄ ēt ꝙ ſit in quāto reſpectu virtutis:qꝛ repletio qua virtus decidit eſt repletio ſm virtutē:ſed virtꝰ aliquando decidit ꝓpter repletionē quantitatis:ḡ repletio quātitatum eſt repletio ſm virtutē:maioꝛ pʒ per illū afoꝛ.16.zᵉ ꝑtic.Vbicūq̄ʒ cibus p̄ter nām ⁊c̄.minoꝛ apparet:qꝛ virtus nō ſolū deficit ꝑpter malitiā humoꝝ:ſed ēt ꝓpter eoꝝ multitudineʒ:ideo dicit ibi Gal'.ꝙ q̄dā ītelligebant ſolū de repletione quo ad quantū:quidaʒ autē ſolū in quali:⁊ dicit ꝙ pōt deficere vtroq̄ʒ mō.¶Dōm ꝙ duplex eſt repletio vt hic dicit Aui.vna eſt ſm vaſa:alia eſt ſm v̄tutē.⁊ rō huius eſt:qꝛ repletio dī diſpō eius qꝺ cōtinet:qꝛ hoc dī repleri.ſ.id qꝺ cōtinet ⁊ nihil aliud:⁊ iō ſicut duplex eſt ꝯtinens humoꝛes:ita ēt zˣ eſt repletio:qꝺdā eni eſt cōtinens eos ſicut vas ⁊ tale cōtinēs ſunt vene que ꝯtinēt humoꝛes localiter:⁊ iō ſunt concaue ſicut alia vaſa cōtētiua res exterioꝛes.Aliud eſt ꝯtinens foꝛmal'r.ſ.ꝙ gubernat humoꝛes ⁊ tale ꝯtinēs hʒ nām ſil'em nāe locis

nā ſicut

nā ſicut locus dȝ eē ſaluatiuū locati: ita virtus eſt ſaluatiua humorū: ⁊ iō dicebat Ariſt. 7. polyticoꝝ. ꝙ aīa ꝯtinet corpus iſto mō: qꝛ ipſum regit ⁊ ſaluat: dicit eni ꝙ ſanitas eſt ꝓportio calidoꝝ frigidoꝝ humidoꝝ ſiccoꝝ in relōne ad cōtinēs vt ad aīaȝ: ⁊ iō repletio aut referṫ ad aliqd qđ ꝯtinet vt locus: ⁊ tūc eſt repletio quo ad vaſa: qꝛ vas ꝯtinet id qđ eſt quātū: ideo etiā talis repletio dr̄ repletio quātitatis: ⁊ iō cauſat extēſionē adeo ꝙ vaſa aliqñ crepentur. Alia eſt ꝯtinētia humoꝝ que fit a virtute ſ3 quā ſunt ꝯſeruata in diſpōne nāli: qñ ẜ humoꝛ peccat in quali: tunc eſt repletio quo ad virtutē. ⁊ hoc merito cōtingit: qꝛ qñ eſt malitia humoꝝ in quāto ſolū: tunc virtus non ꝑꝑ hoc deficit: ⁊ iō dicit Aui. ꝙ tunc nō vincunt virtutē īmediate ante partē aliā: lȝ qdam dicant ꝙ illa littera eſt ſuperflua: qꝛ nō intelligūt ipſaȝ: ſed ſm defectū eucraſie deficit virtus: ideo repletio qualitatis eſt repletio ſm virtutē: ꝑꝑ qđ Gal. 9. terapē. ca. 11. docet qñ eſt repletio ſolū in quāto ꝙ tūc ꝺbemus flōmare: ſed in repletione virtutꝭ nō. Sȝ ꝑꝑ ſolōnē rōnis eſt intelligēdū ꝙ repletio quo ad virtutē cōtingit 2ʳ ītelligi. Uno° ſic ꝙ deficiat ab opōnibꝰ cōſuetis: ⁊ hoc mō repletio quātitatis pōt dici repletio quo ad virtutem qñ eſt actu egrū ex ſupflua quātitate humoꝝ: ⁊ hoc mō ītelligit. H. repletionē virtutꝭ in p̄dicto afoꝛ. lȝ cōiter non intelligatur: ⁊ ſi nō deficit ab operationibꝰ ꝯſuetꝭ: nō ꝓpter hoc dicit̄ repletio virtutis iſto primo mō. Alio° pōt intelligi repletio virtutis quando virtus deficit a regimine corporis: vt ꝓpter hoc ꝙ nō deficiat ab opōnibꝰ cōſuetis: ſed deficit a robore ſuo: qꝛ eſt grauioꝛ aut pigrioꝛ in motibꝰ: tñ eſt adhuc ſanꝰ: ⁊ ẜ mō intelligit hic Aui. ⁊ nō in p̄dicto afoꝛ. ¶ Tūc ad rōnes. Ad primaȝ rñſio eſt: qꝛ virtus continet aliquo modo lȝ nō localr̄. ¶ Ad ſcđam pȝ per iam dicta: qꝛ in illo afoꝛ. intelligit de repletione virtutꝭ ꝓut eſt in corpore egro: hic vō in neutro: quare non valet.

¶ Repletionis vō ſigna vniulr̄ ſunt mēbroꝝ grauitas ⁊ in motibꝰ pigritia faciei rubedo ⁊ venaꝝ īflatio ⁊ cutis extēſio ⁊ plenitudo in pulſu ⁊ tīctura in vrina ⁊ ſpiſſitudo ⁊ paucitas deſiderij: ⁊ viſus debilitas: ⁊ ſomnia que grauitatē portēdūt ſicut eiꝰ qui videt ſe q̄ſi mouē nō poſſe: aut onus graue deferre aut loqui nō poſſe: ẜ videre ſe volare ⁊ motuū velocitas hūores ſigñat ſubtiles: ⁊ in quātitate tēperata. Et repletionis qdē ſ3 virtutē ſigna ſunt qdē grauitas ⁊ pigritia ⁊ deſiderij paucitas que ei ⁊ ꝓprie repletioni ſunt cōia. Sed cū repletio ſm virtutē eſt ſimplex nō ſunt vene adeo inflate: neqȝ cutis vehemētꝭ extenſiōis: neqȝ pulſus adeo plenus ⁊ magnꝰ: neqȝ vrina multū groſſa: neqȝ coloꝛ valde rubeꝰ: ⁊ ꝯcuſſio quoqȝ ⁊ laxitudo nō ꝓueniūt in eo niſi poſt motū ⁊ īceſſuȝ. Et videt in ſomnis pruritu3 et mordicationē ⁊ īcēſionē ⁊ odores fetidos. Humoꝛ ēt dñans cognoſcit̄ ꝑ ſignificatiōes ipſius quas noīabimus. Et ſm plurimum repletio ſm virtutē gñat egritudinē anteq̄ȝ eius compleantur ſignificationes.

¶ Sz circa partē istā est dubitatio. vtruz in ira debeat esse pulsus magnus. Et arguit ꝙ nō: q2 in illo accidenti aīe dz esse pulsus paruus ⁊ debilis in quo accidit debilitas virtutis ⁊ resol'o caloris: sed hoc est in ira. g ⁊c̄. Ma. pz: q2 magnus pulsus insequit fortitudinē virtutis: quādo ergo virt⁹ est debilis fit pulsus paruus. mi. appet: q2 ira inducit feruorē in spū vt dicit in lr̄a: feruor aūt facit malam cōplōnem: mala aūt cōpl'o debilitat virtutez. quare ⁊c̄. Jtē q2 resoluit spiritū ꝓpter dilatationez subito ad exteriora: diminuit necessitatē qua diminuta fit tardus ⁊ rarus. ¶ In opp^m est Auic. qui dicit ꝙ facit pulsum velocē magnū ⁊ spissum. ¶ Dico ꝙ ira est duplex: vna est que perseuerat: alia que nō ꝑseuerat: tunc dico ꝙ in ira que nō perseuerat ꝺm Gal. in cō. 17. introductoriꝫ est magn⁹ velox ⁊ spissus. Et rō huius est: q2 in ira est multiplicatio caloris ꝑꝑ feruorē qui fit circa cor in sanguine ⁊ spiritu. Jtē addit necessitas ꝓpter ebullitionē caloris. Jtē accidit mollificatio instr̄i ⁊ ei⁹ obedientia eo ꝙ ꝑꝑ motū sanguinis ⁊ spūs in arteria accidit mollificatio: ⁊ cū iste sint cause magnitudinis velocitatis ⁊ spissitudis: iō in ira fit pulsus magnus velox ⁊ spissus quādo non ꝑdurat. ⁊ Gal. addit in suo introductorio. ꝙ aūt fit fortis: cui⁹ rōnē assignat: q2 in ira nititur virt⁹ moueri toto suo conamine: ⁊ ideo facit pulsuz fortem ēt. Si aūt ira perduraret tūc nō est inconueniens quin pulsus fiat paruus ꝓpter malā cōplōnē causatā ex feruore que virtutem debilitat: ⁊ q2 remanet necessitas addita: ideo tūc fit paruus velox ⁊ spissus. ¶ Ad rōnem dōm ꝙ in ira que nō perdurat nō est resolutio spūs de qua sit multū curandū: q2 est valde modica: sed si ꝑseueret tūc bene debilitat ⁊ ponit pulsum paruū velocez ⁊ spissuz. ¶ Secūdo notādum ꝙ Aui. notāter dicit ad superiora se eleuātē vt ostendat ꝑcipue quātum ad quid magnificat pulsus: nā pulsus componitur ex duplici motu. s. ex diastole ⁊ systole: diastoles eniz est motus ad exteriora: systoles aūt est motus ad īteriora: vt ergo ostēderet in quo motu magnificat ideo dixit hoc: ⁊ ideo dz exponi. i. cuius magnitudo est precipue versus exterius: ⁊ causa hui⁹ ē: q2 lz in ira sit causa motus spūs ad interius ⁊ exteri⁹: tm̄ maior est motus ad exterius q̄ ad interius: q2 ira est ebullitio sanguis circa cor: ⁊ quantū ad hoc mouet interius: ⁊ q2 est cuz appetitu vindicte: ideo vehemētius mouet ad exteriora ꝑꝑ vindictā faciendaz. ¶ Notandū vlterius de eo qđ dicit ꝙ in pulsu de se nō opz cadere diuersitatē ⁊ dat cām: qm̄ passio existit similis. Propter qđ notandū ꝙ passio dr̄ esse similis in accn̄tibus anime vel dissimilis ꝺz apphensionem que fit ab aīa: q2 quando apprehēsio est vnica: tūc passio dicitur vna: ⁊ ideo tūc spūs mouet vniformiter ⁊ vno modo ab anima ⁊ nō diuersimode: ⁊ cum pulsus fiat a motu spūs: iō tunc erit similis in toto ⁊ nō diuersus: cū ergo in ira sit tm̄ apprehensio vnica. s. vindicte: ideo ibi erit vnus modus pulsus similis ⁊ non diuersus: ergo. ⁊ q2 vna passio pōt alteri admisceri: tūc erit diuersitas apphensionis ⁊ diuersitas in motu spūs: ⁊ per ꝯsequens in pulsu vt quādo ire admiscetur timor: tm̄ quantū ex parte ire solet eē similis ⁊ equalis. ¶ Notādū ꝙ ire tūc admiscet timor quādo aliquis

do aliquis irascit̄ cū maiori se: tunc enī ꝓpter irā mouet̄ calor ad exteriora: ⁊ q᷑ timet de maiori mouet̄ ad iteriora: ⁊ sic accidit cōtrarius motus in spū: ⁊ per cōsequens pulsus diuersus. verecūdia autē admiscet̄ ire quādo aliqs irascit̄ ꝯtra minorē se ⁊ inde verecūdat̄: etiā quādo irascit̄ cū alio quocūq₃ ⁊ superuenerit pater aut mater ⁊ verecūdet̄ ex illo: tūc ibi accidit motꝰ ꝯriꝰ: ꝯrius autem ab intellectu vt cum aliquis irascitur cum aliquo cum nō d̄beret irasci ⁊ postea superuenerit ratio cōtradicens appetitui sensitiuo: ⁊ tunc accidit motus caloris contrarius.

Et ex delitijs quidem preterea ꝙ ad exteriora paulatim mouent non peruenit ad illud qḋ peruenit ex ira in velocitate ⁊ spissitudine: imo est cum eius magnitudo sufficit necessitati ⁊ est tardus ⁊ rarus. Et similiter pulsus letitie: quoniam ipse fit magnus ſm plurimum cum lenitate ⁊ attinet tarditati ⁊ raritati.

Preterea Aui. oñdit qualis pulsus fiat ex delitia ⁊ letitia. Juxt̄ quā partē est notādū ꝙ delitia ⁊ letitia cōueniūt in hoc: q᷑ vtraq₃ cātur ex apphensiōe cōuenientis ⁊ iuuatiui: sed differūt in hoc: q᷑ letitia cātur ex apphēsiōe cōueniētis absolute nō determinādo se ad aliqḋ organū corpis determinatū: ⁊ ideo letitia dꝫ eē mag̃ passio aīe ſm se: ſ₃ delitia causat̄ ex apphēsione cōueniētis vt refert̄ ad organū vel mēbrū determinatū: vñ sicut dolor se hꝫ ad tristitiā ita delitia ad letitiā. dolor aūt differt a tristitia: q᷑ dolor causat̄ ab apphensione nociui in relatione ad mēbrum determinatū: tristitia autem causat̄ ex apprehensione nociui absolute ⁊ non mag̃ se determinat ad vnū membrū q̄₃ ad aliud: sed equal'r est in toto.

Dubiū 3m Sꝫ circa illā ptē q̄rit̄: vtrū in delitia ⁊ letitia accidat pulsus magnus. Et arguit̄ ꝙ nō: q᷑ in illis accñtibꝰ aīe in qbꝰ nō addit̄ necessitas nō fit pulsus magnꝰ: sed in delitia ⁊ letitia est hmōi. ergo ⁊c̄. Maior pꝫ: q᷑ necessitas addita reqrit̄ ad magnū pulsuꝫ. mi. appꝫ: q᷑ delitia ⁊ letitia sunt accñtia aīe que faciūt ad ꝯseruationē sanitatis: oē aūt tale ꝯseruat calorē in suo tēperamēto: ⁊ p ꝯñs nō addit in necessitate. In oppoᵐ est Aui. Dōm ꝙ in delitia ⁊ letitia fit pulsus magnus tardus ⁊ rarus. Sꝫ notādū ꝙ qñ dicimus ꝙ in istis accñtibꝰ aīe fit talis pulsus pōt fieri comparatio ad duo: aut ad pulsuꝫ qui p̄existebat añq₃ veniret letitia vel delitia in illo corpore: aut vt debet̄ illi corpori talis pulsus ſm nāꝫ: ⁊ ꝙ pulsus q ꝓuenit ex letitia ⁊ delitia respectu eiꝰ q p̄existebat est magnus tardus ⁊ rarus: cuiꝰ rō est 2x. Una est q᷑ in delitia ⁊ letitia fit motus caloris ⁊ spūs ad exteriora: ⁊ q᷑ talis motꝰ ꝯformat̄ motui diastoles: iō pulsus diastoles ex tali motu magnificat̄. Alia cā est: q᷑ ī letitia ⁊ delitia fit multiplicatio caloris: q᷑ ista sunt de his que spūꝫ cōfortant eē: aut ꝯfortatiuū spirituū est multiplicatiuuꝫ eoꝝ sic oē fortificans ⁊ corroborās spiritū ipm multiplicat: ⁊ ideo motꝰ spūs ex talibꝰ accñtibꝰ fit maior ⁊ vehemētior: ⁊ sic fit pulsus magnus. Et vlterius q᷑ talis multiplicatio spūs nō est īflāmatiua: ideo sufficit magnitudo pulsus ad euētādū calorē pp qḋ nō oꝫ ꝙ fiat velox ⁊ spissus: ⁊ iō in istis accñtibus que sunt delitia ⁊ letitia fit pulsus tardus magnꝰ ⁊ rarus. Sꝫ aduertēdū ꝙ 2x est delitia. Una est temperata ⁊ in tali bñ suffic̄ magnitudo ad euētationē calorꝭ ⁊ de hac loquit̄. Alia est ītēperata q̄ idē est qḋ gaudiū pnitiosuꝫ ⁊ in tali nō sufficit magnitudo in p̄nº: ſꝫ ēt fit velox ⁊ spissus pp subitū motuꝫ totiꝰ caloris ad exteriora: ⁊ in fine fit puus tardus ⁊ rarus ⁊ resoluit̄ ⁊ minorat̄ statim: ⁊ talē distinctionē īnuit Aui. ⁊ est cū eiꝰ magnitudo sufficit. q. d. non semper sufficit sed tēperata. Ad rōneꝫ pꝫ ꝙ est necessitas sufficiens magni qñ est tēperata letitia ⁊c̄.

In tristitia v̄o propterea ꝙ calor suffocat̄ ⁊ submergitur: ⁊ fortitudo debilitatur oportet vt sit pulsus paruus ⁊ debilis rarus ⁊ tardus.

Modo ostendit qualis pulsus fit in tristitia.

Dubm 4m Sꝫ circa istā ptē q̄rit̄. vtrū in tristitia accidat pulsus puus ⁊ d̄bilis tardus ⁊ rarus. Et arguit̄ ꝙ nō: q᷑. G. dic̄ in suo itroductorio in cōmē. 19. ꝙ in tristitia fit pulsus ꝯriꝰ letitie: sed in letitia fit pulsus magnꝰ ⁊ tardus ⁊ rarus: g̃ fiet saltē in tristitia velox ⁊ spissus. Preterea vbicūq₃ auget̄ necitas fit pulsus velox ⁊ spissus: ſꝫ hoc fit in tristitia: ergo ⁊c̄. Ma. pꝫ: q᷑ necessitas addita est cā velocitatis et spissitudis pulsus. mi. appꝫ: q᷑ in tristitia mouet̄ calor ad iteriora ⁊ coadunat̄: augmētū aūt caloris est additio necitatꝭ. g̃ ⁊c̄. Preterea ex tristitia causat̄ aliqñ feb. vt pꝫ. 4. cañ. de feb. effimerꝭ: ſꝫ pulsus velocitat̄ ⁊ inspissat̄ in feb. g̃ in tristitia fit pulsus velox ⁊ spissus. In oppositū ē hic Aui. Dico ad h̄ ꝙ in tristitia p se fit pulsus paruus ⁊ debilis: q᷑ in ipsa ꝓsternit̄ calor ⁊ virtꝰ ex supflua cōstrictiōe eiꝰ ad iteriora. Itē fit tardus ⁊ rarus: q᷑ ex tali ꝯstrictiōe caloris extiguit̄ calor inatꝰ cuiꝰ extinctio est cā diminutē necitatꝭ: necessitas autē diminuta est cā tarditatis ⁊ raritatis pulsus: quare ⁊c̄. Scḋo dico ꝙ per accidēs est pulsus velox ⁊ spissus: vt puta qñ accidit spm̄ inflāmari ex constrictione ⁊ coadunatione interiori ad quā coadunationē sequit̄ inflāmatio spūs ⁊ feb. effimera. mō Aui. loquit̄ hic de tristitia quātū ad pulsuꝫ qui cōpetit ei p se ⁊ nō per accidēs rōne ꝯñtis illam ꝯstrictionē. Ad rōnes. Ad primam dōm ꝙ. G. intelligit in suo introductorio ꝙ pulsus in letitia ⁊ tristitia fit pulsus ꝯrius quātū ad magnitudinē ⁊ paruitatē: ⁊ ita est q᷑ in letitia est magnꝰ: in tristitia aūt est puus: non aūt quātuꝫ ad velocitatē ⁊ spissitudinē de qua tu arguis. Ad scḋam dōm ꝙ 2x est coadunatio. s. cōfortatiua nō supflua ⁊ h̄ bñ auget necessitateꝫ: alia est supflua ⁊ extinctiua ⁊ h̄ diminuit necessitatē: ⁊ de hac loqtur hic Aui. Ad tertiā dōm ꝙ velocitat pulsuꝫ in tristitia pp feb. cātam ab ea h̄ est per accñs sed p se nō ⁊ p se intelligit Aui.

Timor v̄o qui subito venit pulsum facit velocē ⁊ diuersuꝫ ⁊ inordinatū. Sed cōsuetus ⁊ qui ordinate ꝓuenit mutat pulsuꝫ ſm modū mutationis sollicitudinis.

Hic ostēdit q̄lis pulsus ꝓuenit ex timore. Nōnᵐ ꝙ cā q̄re timor fac̄ pulsuꝫ velocē ē: q᷑ subito mouet̄ calor ad iteriora ⁊ auget̄ necitas: ⁊ iō velocitat̄ motꝰ ⁊ maxīe pulsus systoles ē. ēt motꝰ cōstrictꝰ ad iteriora tēdēs facit pulsum inordinatū: q᷑ grauat̄ virtus ex subito motu spūs ad iteriora. grauatio āt virtutꝭ ē cā diuersitatis pulsus: ita ꝙ in timore ⁊ in tristitia grauat̄ virtꝰ ex subito cursu ad iteriora tñ magis in timore: sed q᷑ est mag̃ subitꝰ motꝰ ad iteriora q̄₃ in tristitia: in ira autē nō grauat̄ vt supra dcm̄ est. per timorē aūt ꝯsuetū dꝫ intelligi: vt per Gal'. in cōmēto itroductorij in cōmēto. 20. tristitia perseuerans: ⁊ ideo sicut in tristitia fit pulsus paruus tardus ⁊ rarus: ita etiam in timore consueto ⁊c̄.

De summa mutationis rerum contrariarum nature essentie pulsus. Cap. 19ᵐ.

Ab eis fit mutatio aut pp hoc ꝙ accidit d̄ eis ex malitia cōpl'onis. Et tu quidem iaꝫ sciuisti pulsuꝫ cuiusq₃ complexionis: aut ꝓpterea ꝙ virtutem constringunt ⁊ pulsum faciūt diuersum: ⁊ si cōstrictio valde fuerit fortis erit sine ordine ⁊ absq₃ pondere: ⁊ cōstrictionē quidem faciens est oīs mālis multitudo: siue sit apostema: siue nō sit apostema: aut propterea ꝙ virtuteꝫ dissoluit ⁊ facit pulsum debilem. Et oīa hec sunt sicut dolor fortis ⁊ egritudines animales que sunt fortis resolutionis.

Postq̄₃ ostēdit Aui. qualis mutatio fit in pulsu a rebus cōtra naturā ⁊ ab accñtibꝰ anime ⁊ eis annexis: hic generaliꝫat qūo gñal'r ab oībus rebus contra nāꝫ fit mutatio in pulsu: ⁊ ideo dicit rubrica capl'm. 19. de sūma. i. generalitate mutationis: ⁊ vult dicē in ista parte ꝙ general'r vel vniu'r res contra nām vel permutant pulsum permutādo complexionem vel permutādo virtutem. si pmutent pulsum permutādo complexionem: tunc ponit talem pulsuꝫ qualem ponit cōplexio ad quā permutāt: q᷑ si permutāt cōpl'onē ad calidū ponūt pulsuꝫ qui cōpetit cōpl'oni calide ⁊ sic de alijs: qs autē pulsus debeat̄ cōpl'onibꝰ decl'atū est supra. si pmutēt pulsuꝫ ꝓpter pmutationē virtutis hoc est 2r: aut aggrauādo virtutē aut ipsam resoluendo: ⁊ tūc ponūt talem pulsum qualē ponūt aggrauātia ⁊ resoluentia virtutē. Juxta qḋ notādū ꝙ notāter dic̄ rubrica de sūma. i. gñalitate: q᷑ tractare in spāli de pmutatione pulsus facta a rebꝰ cōtra nām: vt a febribus vel apātibus spectat ad libros particulares. s. ad tertiū ⁊ quartū cañ. sed iste liber est gñalis: ⁊ ideo de ipsis determinat in sūma. i. generali ⁊c̄.

Sūma Secūda Doctrine Tertie fen secūde de vrina ⁊ egestione: ⁊ est continens. 13. cap.

Est sermo vniuersalis de vrina. Cap. p̄ᵐ.

Vie significationis dispositionum vrine nō oportet credere nisi postq̄₃ cōditiones obseruate fuerint.

Sicut dicebat̄ superius significationes principales per quas significat̄ super dispōnem corporis humani sumunt̄ a tribꝰ. s. a pulsu vrina ⁊ ab egestiōe: ⁊ q᷑ hec spectāt ad partem theorice: ideo de eis determiauit in hoc p cañ. Postq̄₃ igitur deter. de significationibꝰ sumptis a pulsu ostendendo qd sit pulsus ⁊ qs modus significādi ex pulsu que ēt spēs pulsus ⁊ q̄ cause spērum illaꝝ: in hac parte est eius intētio determinare vel inuestigare signationes sumptas ab vrina ostēdens cōsignificationeꝫ

ꝛ modum verificationis significationū sumptarū ab vrina ostendēdo etiā modo ea que ex vrina significātur: ꝛ sic ꝓcedit. Prīo ponit quasdam cōditiones attendentes in significatione sumpta ab vrina vt detur veruꝫ iudiciū de ipsa. Secūdo ꝓsequit᷑ de significationibus sumptis ab vrina. ibi in sequenti capl'o. (Ex colorib' vrine.) Prima in duas: qꝛ Aui. premittēs cōditiones que debent attēdi ad hoc iudiciū datū de vrina super dispōnem corporis sit verū premittit ea que opꝫ attēdi in significationib' vrine. Et rō hui' est: qꝛ hic deter. de vrina nō ſm essentiā ꝛ qdditatē ei': ſꝫ ꝓut est signū significās sup dispōnē corporis cui' est ꝛ quātū ad suas cās: ꝛ qꝛ ꝙ qd est: est 2ˣ. ſ. qd nōis ꝛ qd rei. Ut vtriusqꝫ cognitio breuiter videat᷑ qdditas quidē nōis vrine sumit᷑ ab ethymologia vocabuli q̄ est duplex: aut qꝛ fit vna a renib' eo ꝙ ei' segregatio perficit᷑ ī renib' ab humorib' sic̄ in epate fit principiatiue: vel dī vrina ab vrēdo ꝑꝑ acuitatē sue q̄litatis mordicatiua. Cognitio aūt vrine q̄tuꝫ ad qdditatē rei est: qꝛ vrina est colamētū sanguis ꝓut sanguis accipit᷑ ꝑ tota massa san. cōprehendens oēs humores. Alia cognitio est ipsi' vrine quātū ad eius cās: ꝛ est hec 4ˣ sicut q̄tuor sunt gn̄a cārum. ſ. mālis formalis efficiēs ꝛ finalis. Cā qdeꝫ mālis vrine est illud qδ assumptuꝫ ē ex cibis ꝛ potib' in corꝑe ꝛ maxīe de potib': qꝛ mag̃ ꝯuertunt᷑ in ſbam vrinalē. Causa formalis ei' est decoctio tēperata forma ꝛ dispō quā recipit a virtute digestiua epatꝭ q̄ ꝑficit᷑ mag̃ in renib' qñ segregat᷑ ab humorib' ꝑfecte. Cā aūt efficiēs est 2ˣ: vna est principalis ꝛ alia scδaria: ꝑ̄ncipalis qdē est virt' digestiua epatis ꝛ venaꝝ: scδaria v̊o est virtus renū. Qꝛ āt virt' digestiua epatis ꝛ venaꝝ sit causa efficiēs vrine ꝑ̄ncipalis appꝫ: qꝛ idē agens est causans formaꝫ humorib' ꝛ ei' supfluitatib' ꝛ ipsas sequestrans īpurū a puro: cū ergo vrina sit supfluitas humoruꝫ et virt' digestiua epatis ꝛ venaꝝ sit agēs inducēs formā in humoribus: ꝗ īducet formā vrine ꝛ ipsaꝫ seꝑabit ab humorib' puris: agēs aūt scδariū est virt' digestiua renū: qꝛ aquositas vrinalis nō erat ꝑfecte sequestrata ab hūorib' qñ seꝑabunt᷑ ab epate veniēte cuꝫ aliqb' humorib' mixta ad nutriēdū renes: tūc virt' renū attrahit qδ est ei ꝯueniēs ꝛ aquositatē vrinalē purā expulit ad vesicaꝫ. Cā finalis est facilior penetratio cibi ꝑ vias epatis cū sit ēt ſbe subtilis defert secū nutrimentū per arterias: ꝛ qꝛ ipsa est supfluitas īepta nutricationi: iō hoc facto expellit᷑: ꝛ sic appꝫ ꝙ ꝑꝑ determinationē cognitiōis vrine īquātuꝫ est signū dispōnis corꝑis est alia cognitio: ꝛ quātū ad qdditatē ꝛ quātū ad causas ꝛ ꝑ̄ncipia eius: ſꝫ qꝛ talis cognitio satis pōt hr̄i ex his que dicta sunt in. c. de humorib': ideo talē cognitionē hic premittit: solū autē ponit hic cognitionē eius vt est significatio dispōnis corporis humani.

¶ Oportet enim vt vrina que considerat᷑ sit prima vrina que in mane colligitur: ꝛ non permaneat longo tēpore ꝛ non sit ex nocte reseruata.

¶ Hic exequit᷑ de istis ꝯditiōib': ꝛ qꝛ ꝯtigit variari iudicia vrīe penes tria. ſ. penes qδ sig̃t: ꝛ hoc est ex ꝑte vrine in se: ꝛ penes illδ super qδ sig̃t. ſ. penes mēbra: ꝛ penes illud mediāte quo sig̃t: ꝛ iō ſꝫ hec tria facit. Quia p̊ ponit cōditiones verificātes iudicia vrīe ratione eius qδ significat. Scδo ratiōe eius super qδ sig̃t. ibi (Scito etiā ꝙ prima.) Tertio rōne eius mediante quo significat. ibi (Amplius sign̄ationes.) Prima ꝑs nō bn̄ pōt diuidi: qꝛ non bene est ordinata: sed dicemus ꝙ p̊ ponit cōditiones attēdēdas ex parte vrine. Scδo ponit dr̄iam quādā generalē inter īspissationem vrine ꝛ alioꝝ liquoꝝ vt certius iudiciū detur de vrina: cū hoc etiā quasdā alias ꝯditiones addēdo. ibi (Scias aūt ꝙ vrina quāto plus.) Prīa in septē sicut septē ponit cōditiones attēdendas ex ꝑte vrine. Qꝛ primo ponit cōditionē sumptā ex parte tēporis collectionis vrīe. Secūdo ponit aliā sumptā ex parte illius cui' vrina dꝫ ꝯsiderari. ibi (Neqꝫ sit ille cuius est.) Tertio ponit aliā sumptā ex parte temporis in quo reseruat᷑ vrina. ibi (Et simil'r cuꝫ ipsa.) Quarto ponit aliam sumptā ex parte quātitatis eius. ibi (Et vrina ꝑ̄terea tota.) Quinto ponit aliā sumptā ex ꝑte tēporis in quo colligit᷑ vrina. ibi (Et eius qdem dispositio.) Sexto ponit aliā sumptā ex parte vrinalis. ibi (Et nō colligatur.) Septīo ponit aliā sumptā ex ꝑte etatis pueroꝝ. ibi (Amplius vrine pueroꝝ.) ¶ Juxta primā ꝑtem est notādum de eo qδ dicit ꝙ opꝫ vt vrina que cōsiderat᷑ sit ꝑ̄ma que mane colligit᷑ nō ꝙ Aui. velit per h̄ excludere quin medic' debeat considerare scδam collectionē alio tꝑe q̄ꝫ in mane reseruatam vt in tēpore noctis: nā medico pertinet oēs modos cōsiderare: sed h̄ dicit vt ostendat ex qua vrina sumit᷑ certior significatio de dispositione corporis humani: vt ꝗ ondat cui vrine debeat initi ad certe iudicandū dixit ꝙ dꝫ esse prima que in mane colligit᷑. Causa aūt quare vrina ꝑ̄ma que mane colligit᷑ est certius signū q̄ꝫ secūda: est duplex. Prima est: qꝛ cū prima vrina ꝑmiscet᷑ mag̃ nā humoralis q̄ꝫ in secūda ꝑꝑ ebullitionē que facta est in somno in digestiōe 2ᵃ: qꝛ est epatis ꝛ venarum: ꝛ qꝛ talis digestionis signū ꝑ̄cipue querimus hr̄e per vrinam: iō ꝛc̄. Alia causa est qꝛ adueniēte 2ᵃ vrina: vt dicit Jsaac calor ad exteriora est magis dispsus q̄ꝫ in ꝑ̄ma: ꝛ iō nō sic significat de dispositione actionis sicut prima.

¶ Sꝫ statiꝫ tu dices vī ꝙ potius debeat ꝯsiderari scδa vrina q̄ꝫ pᵃ: qꝛ quāto vrina maiorē morā facit in corꝑe tāto mag̃ recipit actionē caloris ꝛ eius dispōnem: sed vrina scδa maiorē moram facit in corꝑe q̄ꝫ ꝑ̄ma: ergo mag̃ a medico cōsiderāda q̄ꝫ ꝑ̄ma. ¶ Dico ad h̄ cū Aui. ꝙ vrina a qua sumit᷑ sign̄atio certa dꝫ eē pᵃ ꝛ nō 2ᵃ. Et ratio hui' est: qꝛ scδa vrina nō pōt eē nisi altero duoꝝ modoꝝ: qꝛ aut est derelictū illδ qδ remanet ex supfluitate cibi ꝛ pot' exn̄tꝭ nouiter sumpti: ſꝫ sit aliqd qδ remanserit ex supfluitate cibi ꝑ̄us ꝛ potus. ſ. ꝙ p̊ sit causata magna quātitas: nō tn̄ sit tota: ꝛ ꝙ aliqδ residuū remāserit qδ postea 2ᵒ expellit᷑: tūc prīa vrīa certi' sig̃t q̄ꝫ hec scδa cū iā humores sint ꝯlati ad mēbra: tūc plus recipit de dispōne caloris q̄ꝫ 2ᵃ: qꝛ in pᵃ nōdū calor erat extēsus ad exteriora in 2ᵃ sic. si aūt sit residuū vrine q̄ nō potuit tota sil' expelli: ita ꝙ p̊ expellat᷑ vrina noui cibi. ſ. cene externe q̄ꝫ qδ remāsit ex vrīa prādij externi: tūc pᵃ vrīa. ſ. cibi noui est certior sign̄atio q̄ꝫ illδ qδ remāsit ex cibo antecedēte illū: qꝛ illa 2ᵃ vrina nō sig̃t sup cognitionē ꝑ̄ntꝭ alteratiōis ſꝫ ꝑꝑ lōgiorē morā retētiōis q̄ꝫ ꝯberet recipit aliā alterationē q̄ꝫ ꝯberet si fuissꝫ tota sil' expulsa cū pᵃ: iō ꝑuertit iudiciuꝫ sig̃tiōis. ¶ Sꝫ tu dices vlteri' quō ē pol'e ꝙ remaneat aliq̄ supfluitas cibi ꝛ pot' ꝛ eūet᷑ alia ꝑ̄us q̄ posteri' est gn̄ata. Dōm ꝙ in corporib' q̄ nō sūt oīno in dispōne nāli pol'e est vt pᵃ ꝑs aquositatꝭ expellat ad vias vrīe ꝛ reliquat᷑ aliq̄ ꝑs ei' q̄ postea expellit᷑ ꝑꝑ supfluitatē cibi ꝛ pot' ꝑ̄us assumpti: sic̄ nō ē īcōueniēs vt aliqñ remaneat egestio cibi ꝑ̄us assumpti ꝛ ꝑ̄us expellat᷑ egestio cibi nouiter sumpti: vel ꝑꝑ maiorē ei' ꝯbilitatē: qꝛ qδ retētū fuit ex pᵃ erat ꝗssū ꝛ duꝝ. Ex qb' appꝫ ꝙ vrina pᵃ est certi' signū q̄ꝫ 2ᵃ. Jtē dꝫ eē collecta ꝯ mane: qꝛ illa ē q̄ fit ex digōne facta ī illa nocte ex calore agēte in humores: ꝛ nō dꝫ eē reseruata ex nocte: ꝛ h̄ potest 2ʳ ītelligi. Uno° qꝛ nō dꝫ eē micta in nocte ꝛ videri de die: qꝛ subito alterat᷑ ab aere extrīseco vt īfra dicet᷑: vel qꝛ qñ appetit in nocte mīgere nō dꝫ retinere ī vesica supflue: qꝛ alterat᷑ ꝛ relinquit᷑ a dn̄io nāe: ꝛ tūc ꝑuertit iudiciū sup dispōnes corꝑis ꝛ vltra q̄ est bona distō.

Dubiū pᵐ

¶ Neqꝫ sit ille cuius est qui aquā nō bibit ꝛ cibum non comedit. Et non sit qui in cibo aut potu rē tingētē accepit sicut crocū ꝛ cassiāfistulā: qm̄ vrinā tingendo ad citrinitatē ꝛ rubedinē mutant: ꝛ sic̄ olera q̄ tigēdo mutāt ad viriditatē: ꝛ almuri qδ mutat ad nigredinē ꝛ vinuꝫ qδ mutat vrinā ſꝫ suū colorē. Neqꝫ sit qui exteriora sui re tingente infecerit sicut alcāna: qm̄ cū ex ea aliquis tingit᷑ fortasse eius vrina ex ea inficitur. Neqꝫ sit qui rē que cū vrina aliqueꝫ humorem expellit assūpsit sicut qδ cholerā aut flegma expellit. Neqꝫ qui se exercuit motibus corporeis aut operationibus aut dispositionibus que sunt extra cursum nature que vrine colorem mutant sicut ieiuniuꝫ: aut vigilie: aut labor: aut ira: aut timor. Omnia enim hec vrinaꝫ tingūt ſm citrinitatē aut rubedinem. Et coitus vrinam valde impinguat. Et sicut vomitus ꝛ euacuatio quoniā hec colorem mutāt ꝛ substantiam que in vrina esse debent.

¶ Jn ista parte ponit conditiones sumptas ex parte eius cuius dꝫ vrina cōsiderari ꝛ possꝫ diuidi in. 5. ꝑtes sicut ꝙ. 5. ponit ad hoc cōditiones. Quarum prima sumpta ex parte cibi ꝛ potus. Scδa ratione rei tingentis admixte cibo vel potu. ibi (Et non sit qui in cibo.) Tertia rōne rei tingentis exterius approximate. ibi (Neqꝫ sit qui exteriora sui re tingente.) Quarta rōne euacuationis humoꝝ per vias vrine. ibi (Neqꝫ sit qui rē.) Quinta ab exercitio. ibi (Neqꝫ se exercuit.) Sꝫ non est vis legatur tota simul. ¶ Sed iuxta ꝑ̄maꝫ partem est aduertēdū ꝓpter illud qδ dicit. (Neqꝫ sit ille cui') sup. vrina qui aquaꝫ non biberit: notāter dixit aquam eo ꝙ aq̄ erat potus saracenoꝝ: ꝛ qꝛ vinum non bibunt: ꝛ Auic. erat saracen': ideo dixit aquam. Uel dōm aliter ꝙ per aquā intelligit oēꝫ potū. Per hoc autē qδ dicit. (et cibū nō comederit) potest ītelligi vel qꝛ nihil accepit de cibo: vel qꝛ minus accepit de ipso q̄ꝫ deberet. q. d. ꝙ non dꝫ cōsiderari vrina eius qui est in nimia siti vel fame: qꝛ tunc non verificaret᷑ iudiciū eo ꝙ diminueret᷑ signū sumptū a q̄titate vrine ꝛ ēt a qualitate: nā in fame ꝛ siti vehemēti adurit᷑ mag̃ cholera: ꝛ ideo mag̃ tingit᷑ ꝛ per ꝯn̄s est mag̃ apta penetrare ꝑ vias vrine: qꝛ vrina colorationē recipit ex permixtione cholere vt ꝑlm

vt inciter

vt incitet expulsiuā. ¶ Ulterius notādū ꝙ nō vult per hoc excludere qn medicus debeat ꝯsiderare vrinaȝ famelici ⁊ siticulosi: qꝛ sicut appet p̄mo ꝓno. cōmē. 11. medicus dȝ ēt ꝯsiderare signa que ipsi egro sunt occulta vel nota sine eoꝝ īquisitione ab egro: sȝ vult dicē ꝙ nō dȝ ꝯsiderari talis vrina: ac si eger esset in dispōne nāli.

Dubm 2m

¶ Ulterius notādū ꝙ aliqs dubitaret de eo ꝙ dicit ꝙ cassiafi. mutat colores vrine ad rubedinē vel citrinitateȝ. hoc nō vꝫ qꝛ est nigra: ⁊ iō nō dȝ mutare colorē vrine ad rubedinē vel citrinitatem. ¶ Preterea dicit ꝙ almuri mutat vrinā ad nigredinē. nō vꝫ qꝛ est eiusdē coloris cū cassiafi. sicut ꝫ cassiafi. mutat ipsaȝ ad rubedinē vel citrinitatē ita ⁊ almuri. ¶ Preterea dicit ꝙ vinū mutat vrinā ſm suū colorē. nō vꝫ: qꝛ videmꝰ ꝙ vinū rubeū mingit̄ citrinū. ¶ Ad p̄m dōm ꝙ cassiafi. pōt īmutare vrinā 2r. Uno mō: qꝛ ipa eūat cholerā que cholera adducta ꝑ vias vrine admiscet̄ vrine ⁊ ipsaȝ reddit coloris citrini sicut est chol'a; vel pōt ꝑmisceri aliq̄ ꝑs cassiefi. cū cholera qꝛ cassiafi. est nigra ⁊ cholera citrina ex qbꝰ fit rubeuȝ obscurū: iō ꝑmixta vrine mutat ipaȝ ad rubedinē: ⁊ istos duos modos tetigit Auicē. ¶ Preterea dicit ꝙ olera mutāt colorem vrine ad viriditatē. Cōtra: qꝛ viriditas fit in vrina a cholera prassina vl' zinaria ei admixta. mō olera nō sunt talia: qꝛ olera sūt frida ⁊ cholere ille sunt calide. ¶ Dōm ad h̄ ꝙ viriditas pōt 2r fieri in vrina: aut ꝑꝑ alteratione factā a vehemēti caliditate que gn̄at cholerā prassinā vel zinariā q̄ postea admiscet̄ ei: ⁊ h̄ mō arguis. Alio mō ꝑ solā admixtionē rei nālis: sic sunt olera ⁊ sic intelligit hic. ¶ Ad aliud dōm ꝙ almuri ꝑmutat mag̃ ad nigredinē q̄ȝ cassiafi. qꝛ est mag̃ nigrū: ⁊ qꝛ est mag̃ adurēs. ¶ Ad aliud de vino dōm ꝙ illud nō accidit in oībꝰ corporibꝰ: sȝ solū in his in qbꝰ fit subita deriuatio potus vinosi ad vias vrine: ⁊ tūc qn̄ bibunt vinū rubeū faciunt vrinā mag̃ rubeā: si citrinū mag̃ citrinā. ¶ Notādū ꝙ alcāna est lignū vel plāta que facit īprimi cito colorē ⁊ est pot̄is talis tīctura ab extrinseco cū corpꝰ sit porosuȝ sicut cātarides exterius approximate vlcerāt vesicā: ita ⁊ iste. ¶ Ulterius subdit ꝙ ieiuniuȝ mutat vrinā a colore suo. Dōm ꝙ in ieiunio acuit̄ calor ⁊ vigilie mutāt ad colorationē īquātū in vigilijs diffundit̄ calor ꝑ corpꝰ ⁊ agit in vrinā: īquātū digestionē debilitat mutat ad discolorationē.

Dubm 3m

¶ Sed tu dices quō significabo ꝙ coloratio fit ꝓpter vigilias: aut ꝓpter digestionē. Respōdeo qn̄ vides vrinā mediocris sube ⁊ clare: tūc est colorata ꝓpter digōnē. qn̄ vō est sube tenuis ⁊ obscure seu obumbrate: tūc est talis ꝓpter vigilias. colorat̄ aūt mag̃ in vigilia q̄ȝ ōberet aliqn̄ ꝓpter motū factū in vigilia qui exacuit choleram ⁊ ipsam facit diffundi per venas que vadēs per vias vrine ipsam tingit plus q̄ȝ deberet significationē īpedit. ¶ Et si dicat̄ vꝫ ꝙ sibi ꝯdicat: qꝛ ibi dicit ꝙ vrine vigilantiū fiunt albe: hic vō dicit ꝙ oīa h̄ tingūt vrinā ad citrinitatē aut ad rubedinē. Dōm ꝙ in vigilijs aut cibus est in stōcho qui debet digeri: ⁊ tūc īpediret digestionē cū in vigilijs fit motus caloris ad extra siue exteriora: ⁊ cuȝ indigestio fit causa albedinis in vrina ideo ipsaȝ mutat ad albedinem ꝙ ita loquat̄ ibi. aut conuertit̄ calor super aliud qȏ nō indiget digestione vt cholera: ⁊ tunc exacuit̄ ⁊ ei permiscet̄.

Dubm 4m

¶ Sed tu dices nō videt̄ ꝙ timor tingat vrinā ad citrinitatē vel ad rubedinē: qꝛ cū isti colores significent caliditatē: ⁊ ira opponat̄ timori: ꝫ tūc in ira tinget̄ ad ꝯriū. s. ad albedinē eiꝰ. ¶ Oppom hic dicit Aui. ꝙ oīa h̄ que hic numerant̄ tingunt ⁊c. Itē cū in timore fit frigus quō pōt tingē ad istos colores q sign̄ant caliditatē. ¶ Dōm ꝙ timor pōt ꝑmutare vrinā ad citrinitatē ⁊ rubedinem: qꝛ 2x est dispō in timore. aut q̄ȝtū ad īmutationē calor̄ īnati ad īteriora absolute: ⁊ tūc nō mutat ad rubedinē ⁊ citrinitatē. Alio mō inquātū mutat ad ꝯstrictionē calor̄ in īteriorībꝰ: ⁊ tūc sequit̄ aliqn̄ fe. ⁊ inflāmatio: ⁊ isto mō mutat sic ira ⁊ sic ītelligit Aui. ꝑ āt mō arguit̄.

¶ Simil'r cū ipsa multis ꝑmanserit horis. Quapropter dixerūt qdam ꝙ post sex horas inspiciēda nō est: qm̄ ipsius significatio debilitat̄ ⁊ color mutat̄ ⁊ hypostasis dissoluit̄ aut mutat̄ ⁊ fit spissior: q̄ȝuis ego dicaȝ ꝙ nec post horā vnā. Urina p̄terea tota ītegre colligenda est in vrinali magno ne ex ea aliqd effundat̄.

¶ In ista parte ponit ꝯditionē tertiā que attendit̄ in vrina ex ꝑte quātitatis vrine. ¶ Iuxta qȏ est notādū ꝙ cā quare debet colligi tota est triplex. Prima est: qꝛ vna significatio eiꝰ est sumpta rōne q̄ȝtitatis eius: si ꝫ nō colligat̄ tota peruertit̄ iudiciū si qd abyciat̄. Scȏa cā est: qꝛ si aliqd effundit̄ de vrina effundit̄ aut de cōtentis in ea: ⁊ qꝛ vna ⁊ precipua significatio sumitur a cōtentis: ideo illa significatio ōstrueret̄: quare ⁊c. Tertia cā est: qꝛ qn̄ est tota simul melius preseruat̄ ab aere alterante ipsam: ⁊ per ꝯn̄s pluri tēpore poterit inspici. Quarta est: qꝛ calor vrine diuersificat̄ ſm quātitatē eius; ita vt maior quātitas videat̄ habere colorē intēsiorem q̄ȝ pauca: ⁊ qꝛ iudiciū a colore ꝑuerteret̄: iō debet tota simul colligi.

¶ Et eiꝰ qdem dispō ilico cū mingit̄ nō est ꝯsiderāda neq̄ȝ nisi postq̄ȝ in vrinali residet. Et obseruādum est ne sol eā tāgat neq̄ȝ vētus ne ꝑturbet̄ ⁊ ne ꝯgelet̄ donec hypostasis separet̄ ⁊ seꝑatio cōpleat̄: nō. n. descendit ilico cū mingit̄ neqȝ in vltimo fine maturationis.

¶ In parte ista Aui. ponit 5am ꝯditionē sumptam ex parte tēporis in quo vrina conspicit̄ ⁊ ex parte rerū alterantiū ipsam simul.

Dubiū 5m

¶ Sed tu dices nō videt̄ bene dicere: qꝛ Isaac dicit in libro fe. particula. 2. ꝙ vrina debet videri tribus vicibꝰ. s. quādo mingit̄: ⁊ qn̄ residet: ⁊ post residentiā. ⁊ rō illius dicti est: qꝛ medicus dȝ videre oēm diuersitatē ꝯtingenteȝ in vrina: ⁊ qꝛ in oībus istis tēporibus ꝯtingit mutatio in vrina ideo debet tūc inspici. ¶ Dōm ꝙ Auicē. nō ꝯtradicit Isa. dicit idem cū eo: ita ꝙ nō vult dicē quin debeat inspici cum mingitur ⁊c. sed vult dicere ꝙ ad hoc vt habeas perfectum iudicium de vrina nō debet solum inspici quando mingit̄: sed etiam quando fecit residentiā in vrinali.

¶ Et non colligatur in vrinali in quo alia fuerit vrina nisi prius fuerit ablutum.

¶ Hic ponit Aui. ꝯditionē 6am acceptā ex parte instrumēti in quo vrina colligit̄. ¶ Causa q̄re vrinale dȝ esse ablutū ⁊ mūdū ab vrina p̄cedente est: qꝛ vrina precedens aliqd impressit in suba vrinalis ꝙ si remaneat corrūpit vrinā īmissam: ⁊ ideo debet ablui.

¶ Amplius vrine pueroꝝ significatio est parua ⁊ precipue infantiū ꝓpterea ꝙ lacte nutriunt̄ ⁊ ꝙ nā tingens in eis est quiescens ⁊ summersa: in eoꝝ quoq̄ȝ nā existit ex debilitate ⁊ multa dormitione qȏ maturitatē significationē pernecat. Et instrumentū quideȝ colligendi vrinam est corpus peruiū substantiā habēs nitidam sicut vitrum clarū: aut crystallus.

¶ Hic Aui. ponit 7am ꝯditionē q̄ sumit̄ ab etate pueroꝝ ⁊ īfantiū: ⁊ cū h̄ addit de instrumēto colligēdi vrinā qȏdā qȏ dixerat.

Dubm 6m

¶ Sed tu dices ꝙ nō bene dicit ꝙ in nā pueroꝝ. i. complexione est debilitas que destruit digōnē: qꝛ. G. ponit in. 6. de accidenti ⁊ morbo cap. 3o. ꝙ digestiua est fortis in corporibus pueroꝝ. ¶ Itē h̄ idē vult in cōmē. 14. p̄c ꝑti. illius afoꝛ. Qui crescūt ⁊c. ¶ Itē dicit hāc cām esse ꝑꝑ multā dormitionē. nō vꝫ ꝙ ōbeat ōbilitari in somno: qꝛ in somno fit melior digō q̄ȝ in aliquo tēpore vt habituȝ est sup̄. ¶ Dico ad hoc ꝙ duplex est debilitas. quedaȝ est absoluta ⁊ talis nō est in puer̄ vt tu ꝓbas. alia est respcū cibi ⁊ talis est in pueris. nā pueri accipiūt multū de cibo in vna vice ⁊ sepe ꝓpter multaȝ resolutionē que fit in eis cū sint corpora mollia: ⁊ ꝑꝑ augmētū ipsoꝝ: ⁊ iō in eis multe superfluitates aggregant̄. Itē somnus multiplicat̄ in eis plus q̄ȝ deberet ſm nām: ideo ille superfluitates nō euacuant̄: sed magis multiplicant̄ quibus multiplicatis occultat̄ cholera ⁊ sanguis ab eis: ⁊ cū hec sint ꝓhibētia tincturā in vrina: ideo vrine eoꝝ paruā habēt significationē. Ex his appet solutio.

¶ Scias aūt ꝙ vrīa q̄ȝto plus eā tibi approximas tanto spissitudo augmētat̄: ⁊ q̄ȝto plus elōgas eā a te augmētat̄ in ea claritas: ⁊ per hoc differt ab oībꝰ falsitatibꝰ que sunt in ea qbus medici experiunt̄ cū eis ostendunt̄. Cū vrina in vrinali colligit̄ custodiēda est a mutatione frigoris ⁊ solis ⁊ vēti. Et opȝ vt in lumine aspiciat̄: ita ꝙ sup eā nō cadat radiꝰ solis: imo ab ipso tegat̄ ⁊ sic in ea iudicet̄ ō accidētibꝰ que in ipa apparēt.

¶ Hic aūt ponit q̄sdā alias additiōes addēdo ad intellectū huiꝰ signi distinctiui īter vrinā ⁊ vinū vel alios liquores. Et ītelligēdū est qȏdā cal'm h̄ nāle simile ei a quo decidit̄ qȏ qdē calidūȝ h̄ digerit vrinā ⁊ ꝯseruat eā ꝯseruatione sibi ꝓpria vt ei pot̄e est ⁊ separat hypostasim ⁊ alias ꝑtes adinuicē nisi statim a p̄nº: sed post qȏdā tēpus vltra qȏ tēpꝰ calor ille īcitat̄ ⁊ alterat̄ a ꝯtinēte ⁊ dissoluet̄ ⁊ ꝑtes grosse cū subtilibꝰ miscent̄. ⁊ fit ēt spissa vel qn̄q̄ȝ tenuis ꝑꝑ cās oppositas. tūc dico ꝙ qn̄ vrina appropinquat: tūc videt̄ spissior per mixtionē que fit in partibꝰ grossis cū subtilibꝰ ꝓpter īperfectā cōmixtionē ⁊ digestionē. qn̄ aūt elōgat̄: tūc ille partes parue nō bene discernunt̄: ⁊ ideo a lōge videt̄ esse tota clara: sed in vino nō sunt ille partes grosse ⁊ diuerse a subtilibꝰ: qꝛ in multo tēpore p̄cedēte est ꝑfecte digestū illud hūidū: ⁊ iō est omiomerū ⁊ eiusdē nāe in partibus: ⁊ ideo ꝓpter debilitatē visus qn̄ a longe inspicit̄ videtur magis spissum. sic celum videbit̄ nobis azurum propter

longã distãtiã a nobis: ꝓpe vo existẽtib' videt solũ diaphanũ.

Dub^m 7^m ¶ Sed tu dices ego misceo ptes aliq̃s pulueris vel alterius rei cũ vino ꝛ sic apparebit de ꝓpe ĩspiciẽtib' spissũ sicut vrina. Dico q̃ hoc est nihil: q2 ille ptes spisse stati dscẽdẽt: q2 nõ hñt calorẽ pmi scentẽ illas ptes cuz subtilib': sed vrina sic: ꝛ iõ paulatine adunat hypostasis. ¶ Uerũtamẽ ẽ alius modus discernẽdi vrinã ab alijs liquoribus qui modus est grossior ꝛ rudior sed pfectior. Et vt fiat caute ponãt nasuz sup vrinale ꝛ fingãt velle vidẽ aliqd in vrina: ꝛ tũc vapor putridus ascẽdet ad nasuz: vl' apponẽdo manus sup vrinale qñ ipz accipit: ꝛ postea cũ alia manu accipiat vrinale in fundo ꝛ manũ cũ q̃ accipit ponat ad nares q̃si velit tergere nasuz aliquãtulũ: ꝛ tunc pcipiet fetorẽ vrine. Et scias q̃ hec est cautela qñ in vrina nõ apparet hypostasis: q2 si apparet statim cognosceret cum hoc dicet perfectius in hoc capitulo quodam distincto inferius. ¶ Notandũ q̃ cã q̃re opz vrinã cauere a radijs solis est duplex. vna est: q2 propter suam caliditatẽ hz eius subam alterare. secunda cã est: q2 peruertit iudiciũ in colore eius: ꝛ ideo opz poni manus post vrinale ne eius color videat aliter q̃z sit.

¶ Scito etiã q̃ prima significatio quã vrina hz est de dispõne epatis ꝛ viaruz aquositatis ꝛ super dispões venarũ ꝛ eis mediantib' alias demõstrat egritudines. Firmior tamẽ ei' significatio est illa que de epate existit ꝛ ꝓprie de dispõne gibbositatis ipsius.

¶ In pte ista ponit ꝯditões sumptas ab eo sup qd vria sigt. ¶ Notãdũ q̃ cã q̃re vria p̃ ꝛ pñcipal'r sigt sup dispõnẽ epat ꝛ venarũ ꝛ viaꝝ vrine est: q2 sup illa sigt pñcipal'r a qb' recipit ĩpressionẽ ꝓpriã formã ꝛ accidẽtia ꝯñtia ipsaz: s3 vrina est hmõi: iõ ꝛc̃. Ma. est nõ: q2 ꝓpri' effect' sigt sup ꝓpriã cãm. Mi. declarata est sup: sed sup dispões alioꝝ mẽbroꝝ sigt per cõparationez ꝛ vicinitatẽ ad ea: ꝛ iõ dicebat Isaac q̃ vrina bona in febribus ĩterpolatis nõ est multũ laudabilis: s3 qñ ẽ mala in eis ẽ pessimũ signũ: q2 sigt q̃ tanta malitia est extra venas q̃ nocumẽtũ redũdat sup totũ corpus. ¶ Notãdũ ẽt q̃ super partẽ gibbosaz epat mag hz significare: q2 epar est pñcipalius mẽbrũ in gnõne vrine cũ in eo sit virt' digestiua masse humoris a qua separat aquositas vrinalis: ꝛ q2 ps gibbosa est pñcipalior ps epat ꝛ a qua ĩmediate separat aquositas que postea tẽdit ad renes: iõ de p̃mo ad vltimũ pñcipalius sigñat vrina sup gibbositatẽ epatis q̃z sup aliqd aliud membrũ.

¶ Amplius sigñationes que ex vrinis habent ex septẽ sunt accepte gñibus: gñe coloris ꝛ gñe substãtie ꝛ gñe claritatis ꝛ turbulẽtie ꝛ gñe hypostasis ꝛ gñe quãtitatis in paucitate ꝛ multitudine ꝛ genere odoris ꝛ genere spume. Sunt vo qdã qui inter hec genera ponũt genus tactus ꝛ genus saporis: sed nos proijcimus.

¶ Hic ponit ꝯditiones sumptas ab eis qb' mediantib' vrina sigt. Primo enumerat ea per que vrina sigt. Scdo declarat ea. ibi (Cũ dicimus.) Tertio ponit dr̃iam ĩter qdã eoꝝ que videbant eẽ eadẽ ꝛ per ꝯñs hẽre eadẽ sigtionẽ. ibi (Inter hoc aũt genus.) ¶ Iuxta quã partẽ notãdũ q̃ distinctio istoꝝ generũ põt hẽri per hũc moduz: q2 vrina aut ꝯsiderat rõne sui aut rõne alterius. si p̃ mõ h est tripl'r. aut rõne sube ꝛ sic est. 2. genus. vel rõne q̃titat: ꝛ sic est. 5. genus. aut rõne q̃litat: ꝛ h est z^r: q2 aut rõne q̃litatis odorabilis ꝛ sic est. 6. genus. aut rõne q̃litatis visibilis: ꝛ hoc est z^r: aut rõne q̃litatis ĩproprie ꝛ sic est. 3. genus sumptũ a claritate ꝛ turbulẽtia. aut rõne q̃litatis visibilis: ꝛ sic est p̃mũ genus sumptuz a colore. si aũt vrina ꝯsideret rõne alterius. s. rõne ꝯtenti in supficie ꝛ sic est 7. genus a spuma: vel ꝯtenti in ꝓfundo ꝛ sic est. 8. genus ab hypostasi: ꝛ q2 nõ sunt plura in vrina: ideo sunt tm̃. 8.

Dub^m 8^m ¶ Cõtra: q2 magistri salernitani addũt genus sumptũ a circulo. Dicendũ q̃ signa sumpta a circulo aut reducunt ad sigtionẽ sumptã a spuma vel reducunt ad sigtionẽ sumptã a sba vt ĩfra patebit.

¶ Cũq3 dicimus genus coloris intelligimus illud qd visus in ea sentit ex colorib'. s. albedinẽ aut nigredinẽ: aut que ĩter eas existũt. Et cũ sube genus dicimus itelligimus dispositionẽ ipsius in grossitudine aut tenuitate. Et cũ dicim' genus claritatis ꝛ turbulẽtie intelligimus q̃ penetratio visus in ea est facilis aut nõ est.

¶ In parte ista declarat ista genera per que vrina significat ꝛ est planum quod dicit.

¶ Inter hoc aũt genus ꝛ genus sube existit differẽtia: qm̃ plerũq3 est suba grossa ꝛ clara sicut albumẽ oui ꝛ gluten piscĩũ liquatũ ꝛ vitrũ liquatũ ꝛ oleuz ꝛ plerũq3 est res subtilis sube turbida sicut aqua turbida que est magis tenuis q̃z albumen oui. Turbulentie aũt cã est ꝑmixtio partiũ colores habẽtiũ extraneos fuscos: aut alijs colorib' infectos qui ab ĩspiciẽte sensu nõ sunt ꝑcepti ꝛ ꝓhibẽt peruietatẽ ꝛ nõ per se ꝑcipiunt. Inter eã vo ꝛ hypostasiz existit differẽtia: qm̃ visus plerũq3 cognoscit hypostasim. Et inter ipsam ꝛ colorez existit differentia quoniam color per totã humoris substantiam procedit cũ maiori permixtione.

¶ In parte ista ponit dr̃iaz ĩter qdã istoꝝ generũ que videbant eẽ eadẽ: ꝛ per ꝯñs hẽre eandẽ rõnẽ ponẽdo dr̃iam inter genus claritatis ꝛ turbulẽtie ꝛ genus sube: q2 potuisset aliquis dubitare vtrũ aliqd possit esse grossum in suba ꝛ clarũ: ꝛ vtruz aliquid possit esse subtile in suba ꝛ turbidũ. Et dicit q̃ sic: ex quo relinquit q̃ nõ est idẽ clarũ ꝛ subtile ꝛ turbiduz ꝛ grossum. Et põt diuidi in. 3. Quia p̃ cõparat genus claritatis ꝛ turbulentie ad genus sube. Et z^o ponit cãs turbulẽtie. Et 3^o cõparat ad genus hypostasis ponẽdo dr̃iam inter genus claritatis ꝛ turbulentie ex vna parte ꝛ hypostasis ex alia. ¶ Iuxta p̃mã partẽ est notãdũ q̃ est dr̃ia ĩter vrinã grossam ꝛ spissam siue turbidã. grossa nãq3 dicit rõne sue substãtie in se. s. illa que hz partes bene permixtas adinuicẽ sicut dicimus q̃ vna aqua est magis grossa q̃z alia ꝛ maioris põderis ꝛ dato q̃ sit eque clara ꝛ perspicua: sed spissa dicit vel turbida in relatione ad partes paruas male cõmixtas: sicut cũ dicit aqua turbida illa que hz admixtionẽ partiũ terrearũ male cõmixtarũ ꝓpter qd ꝯtingit q̃ ex defectu calidi nãlis partes aquee stant sursum ꝛ terree deorsum. ꝛ similiter contingit aliquãdo in vrina cuz ipsa sit aquositas quedam quia cum ipsa miscentur partes parue humoꝝ male cõmixte: ꝛ ideo fit turbida ꝛc̃.

## ¶ De significationibus coloris vrine. Cap. 2^m.

Ex colorib' vrine sunt gradus citrinitatis sic palearis: deinde citrinus post flauus deinde ruffus postea citrangularis postea igneus q tincture croci assimilat: ꝛ ipse quidem est vehemẽter citrinus: postea croceus qui similat capillis zafarani: ꝛ iste quidẽ est quẽ vocãt rubeũ clarũ.

¶ Postq̃z Aui. determinauit de quibusdã principijs necessarijs. s. de ꝯditionibus sumptis ex parte eius qd significat vrina ꝛ super qd sigñat ꝛ mediãte quo sigñat: h exequit de ꝯditionib' sumptis ab exeũte qd est vrina. Et p̃ facit qd dcm̃ est. Scdo ꝓpter certiorem declarationẽ de significationib' vrine docet distinguere ĩter vrinã hominũ ꝛ alioꝝ aĩaliũ ꝛ oĩum alioꝝ liquoꝝ. ibi (Plerũq3 cõfert medico.) Prima in duas. Primo docet sigñare sup vrinã rõne oĩum eoꝝ que in vrina ꝯspiciunt. Scdo ostendit diuersitatem vrinarũ rõne rerũ naturaliũ ꝛ eis annexarũ. ibi (Infantiũ vrine.) Prima in duas. Quia primo determinat de significationib' vrine. Scdo q2 ipsarũ vrinarũ quedã est naturalis ꝛ quedam nõ: gratia huius docet distinguẽ ĩter naturalẽ ꝛ nõ naturalez vrinã. ibi (Hec est mediocris sube ꝛc̃.) Prima in tot partes diuidit per quot gñã docet significare ab vrina. nã significationes sumpte ab vrina sumunt a. 7. generib' supra enumerat quoꝝ sufficiẽtia p̃us patuit. Primo ergo docet significare per colorẽ. Scdo per subam ꝛ claritatẽ ꝛ turbulentiã simul. ibi (Suba vrine aut est tenuis.) Tertio per odorẽ. ibi (Dixerũt qdã.) Quarto per spumã. ibi (Spuma accidit.) Quinto per hypostasim. ibi (In p̃mis dicemus.) Sexto per eius q̃titatẽ. ibi (Urine que pauce.) In p̃ma in qua docet sigñare per colorẽ vrine duo facit. nã coloꝝ qdã sunt simplices ꝛ quidam cõpositi. ideo duo facit. Quia p̃mo determinat de significationibus sumptis a colorib' simplicib'. Scdo a cõpositis. ibi (Amplius colorum vrine quidã sunt augmentati.) Prima in duas: q2 colorũ simpliciũ quidam sunt medij ꝛ quidã extremi: ideo p̃mo deter. de significationib' vrine sumptis a colorib' medijs sicut est rubeũ ꝛ citrinũ ꝛc̃. Scdo ab extremis sicut est color alb' ꝛ niger. ibi (Gradũ aũt coloris nigri.) Prima in duas. Quia p̃mo determinat de colorib' sumptis a colore citrino ꝛ rubeo. Scdo de significationibus sumptis a colore viridi. ibi (Post vo sunt g̃dus citrinitatis.) Prima in duas. Quia p̃mo docet significare per colorẽ citrinuz ꝛ rubeũ absolute in generali. Scdo facit h vt cõparant determinatis accidẽtib' ꝛ determinatis dispositionib'. ibi (Et color qdẽ vrine.) Prima in duas. Quia p̃mo docet significare per vnũquemq3

istoꝝ coloꝝ per se. Scđo facit cōparādo eos adiuicē penes dominiū humoris quē signāt. ibi (Et in oīb⁹ in qbus est coloꝛ.) Prima in duas. Quia p̄ docet signare p colorē citrinū. Scđo per rubeuꝫ. ibi (Oēs qui sunt ⁊c̄.) ¶ Juxta pᵐ partē notandū ꝙ ista nomina coloꝝ vrine sunt iposita ad similitudinē coloꝝ rerū exterioꝝ: ⁊ iō ꝯtingit ꝙ auctores medicine in eis diuersificant̄: ita ꝙ vnus iudicat eūdē colorē al'r q̄ꝫ alius s̄m ꝙ magis videt̄ ei ꝙ assimilet̄ illi colori rei exterioris: tñ gñal'r h̄ est veꝝ: qꝛ ille melius iudicat de istis coloꝛib⁹ qui verius ⁊ melius eos assimilat coloꝛib⁹ rerū exterioꝝ. oēs ḡ iste d̄ie coloꝝ vrine sumunt̄ ad similitudinē coloꝝ a qb⁹ nominant̄: ita ꝙ coloꝛ palearis dr̄ in vrina ad similitudinē coloris palee: qꝛ est q̄si alb⁹ habēs parū tincture. ⁊ citrinus v̄o similat̄ colori citri ⁊ hꝫ aliquātuluꝫ plus de tinctura q̄ꝫ palearis. flauus qui hꝫ adhuc plus de tīctura q̄ꝫ citrinus ⁊ dr̄ coloꝛ castagnaceus ⁊ est coloꝛ medius īter citrinū ⁊ ruffum. ruffus v̄o similat̄ colori auri ⁊ hꝫ plus de tinctura q̄ꝫ flauus. citrangularis v̄o similat̄ colori citrāguli q est fruct⁹ qdā. coloꝛ aūt igneus similat̄ tincture croci qñ aqua tingit̄ ex croco ⁊ hꝫ plus de tīctura q̄ꝫ citrāgularis. vltimo aūt ponit̄ croceus qui assimilat̄ capillis ȝafarani ⁊ iste plus hꝫ de colore q̄ꝫ aliqs. ⁊ videte iste croceus differt ab igneo: qꝛ dr̄ igneus coloꝛ q assimilat̄ colori croci qui est distēperatus in aq̄: croceus v̄o dr̄ q hꝫ plus de rubedine sicut est ipsa s̄ba croci: ⁊ iō dr̄ qđ est iste coloꝛ quē medici vocāt rubeū clarū. ¶ Scđo notandū ꝙ coloꝛ citrinus pōt 2ʳ accipi. Uno mō large ⁊ hoc mō extēdit se ad oēs istos gradus noīatos ⁊ sic intelligit cū dicit ex coloꝛib⁹ vrine est ḡdus citrinitatis. Alio mō specialiter ⁊ stricte: ⁊ hoc mō accipit̄ p vno ḡdu citrinitatis cū dicit: deinde citrinus: sed vocauit oēs istos gradus citrinitatis vt ostendat ꝙ omnes habent vnaꝫ significationē cōmunem. differunt aūt solum s̄m magis ⁊ minus.

Dubm pm ¶ Tertio notādū ꝙ diceret aliqs ipse vltimo ponit colorē croceū qui assimilat̄ colori ȝafarani: ⁊ dicit postea ꝙ vocat̄ rubeus clar⁹: ḡ dꝫ numerari inter gradus rubedinis ⁊ nō citrinitatis: qꝛ regula est: qꝛ qñ aliq̄ nomina veniūt ad cōpositionē alterius tūc illud qđ p̄ponit̄ dominat̄ in illo vt appet in capl'o de apatibus. cū ḡ vocet̄ iste coloꝛ rubeus clarus: ḡ dominat̄ rubedo in ea: ḡ ⁊c̄. Dōꝫ ꝙ iste vltimus gradus citrinitatis qui vocat̄ rubeus clarus aliquid attinet rubeo ⁊ aliquid citrino: sed qꝛ est cōmunicās cū coloꝛib⁹ citrinis predictis: ideo potius numerat ipsum inter citrinos q̄ꝫ īter rubeos vt sufficienter eoꝝ traderet cognitionem.

¶ Omnes autem qui sunt post citrinuꝫ caliditatem significāt: ꝫ tamē s̄m suos diuersificant̄ gradus. Et est qdem cū accidūt ꝓpter vehemētiā motus: ⁊ pp̄ dolores: ⁊ ꝓpter famē: ⁊ ꝓpter aque abstinentiam.

¶ Jn ista parte docet significare per istos modos coloꝝ. ¶ Notādū ꝙ ex modo loquendi insinuat ꝙ oēs colores qui pꝛecedunt citrinum significant frigiditatē excedentē: ⁊ oēs qui sunt post citrinuꝫ significant distēperamentū in caliditate: ⁊ ipse coloꝛ citrinus qui est medius inter eos significat temperamentum.

Dubm 2m ¶ Sed tu dices: nō vr̄ ꝙ oēs qui sunt post citrinū sigñent caliditatē: qꝛ ille coloꝛ nō sigt̄ caliditatē qui est nālis ipsi vrine: ꝫ aliqs coloꝛ qui est post citrinū est hmōi: ḡ ⁊c̄. Ma. pꝫ: qꝛ vrina nālis est tēperata. nā oē nāle est tēperatū vt dr̄ p̄ de accidēti ⁊ morbo p̄ cap̄. Mi. apparet per Gal'. p̄ de crisi ca. 12. vbi dicit ꝙ nālis coloꝛ vrie est medius īter rubeū clarū ⁊ citrinū tinctū: sed hic post citrinum vt pꝫ: ḡ ⁊c̄. Dōm ꝙ oīs coloꝛ qui est in vrina ante citrinū significat excessum frigiditatis ⁊ post citrinū sigñat excessum caliditatis et ipse citrinus tēperamentū. nā oēs colores qui sunt post citrinum aut cānt̄ ex multiplicatione cholere rubee in q̄ꝫto: aut pp̄ intēsionem eius in q̄li: ⁊ cū cholera qūocūq̄ꝫ multiplicet̄ in coꝛpoꝛe significet excessum caliditatis: iō ⁊c̄. sed coloꝛ alb⁹ aut fit ex multiplicatione flegmatis: aut ex pmixtione cholere ⁊ san. ⁊ sic sigt̄ frigiditatē: sed coloꝛ citrinus est nālis ⁊ eq̄lis vt pꝫ per Gal'. exp̄sse in. 2. ꝓno. cōmē. 26. ⁊. 30. ¶ Sed nō ꝙ q̄ꝫq̄ꝫ coloꝛ nālis vrine debeat eē citrinus similis colori citri qñ est bene maturū tñ hꝫ latitudinē et intensionē: eo ꝙ coloꝛ nālis vrine cātur ex permixtione seri san. cū cholera rubea admixtis cū vrina: ⁊ qꝛ talis coloꝛ tēdit ad intēsionē citrinitatis: ideo voluit dicere Gal'. in p̄ de crisi cap̄. 12. ꝙ est citrinus intensus nālis coloꝛ vrine: sed Aui. loquit̄ hic large vt hꝫ in se latitudinē intensionis ⁊ remissionis. ¶ Ulterius notandū ꝙ per hoc qđ dicit (sed tñ s̄m suos) inuit diuersitatē in coloꝛib⁹ qui sunt p̄ter citrinū: qꝛ dato ꝙ oēs significēt caliditatē tñ hoc est diuersimode: qꝛ q̄ꝫto magis accedūt in colore versus tincturā tāto significāt maiorē caliditatē p̄ter vltimū. naꝫ p̄ter citrinū flauus significat maiorē caliditatē: p̄terea ruffus maioreꝫ: postea croceus qui similat̄ capillis ȝafarani qui dicit̄ croceus. vltimo aūt igneus: ita ꝙ igneus sigt̄ maiorē caliditateꝫ q̄ꝫ croceus: cuius ratio est: qꝛ igneus sigt̄ cholerā rubeā purā abūdare in coꝛpoꝛe: coloꝛ v̄o croceus sigt̄ mixtionē cholere cū san. mō ma. caliditas est in cholera rubea pura q̄ꝫ qñ ipsa san. admiscet̄: q̄re ⁊c̄. ¶ Ultimo aūt Aui. docet euitare errorē cū dicit (Et est qdē.) qꝛ ꝯtigit cholerā iflāmari ex vehemēti motu ⁊ ex vehemēti dolore: ⁊ pp̄ famē ⁊ sitiꝫ. vt ḡ nō decipiat̄ medic⁹ cū tīctura vrine notificat oīa hec īmutare ipam.

¶ Post istos v̄o gradus p̄dictos existūt gradus rubedinis sicut rubeus roseus ⁊ rube⁹ obscur⁹ ⁊ rube⁹ puluerulētus. Et oēs qdē sanguinis dñiuꝫ sigñant.

¶ Hic determinat Aui. de significationibus sumptis a colore rub. ¶ Juxta qđ est notādum ꝙ isti gradus rubedinis dicunt̄ isto mō esse pꝛeter gradus citrinitatis: ⁊ ideo debetis imaginari duos colores extremos in vrina: quoꝝ vnus sit valde remissus in tinctura vt albus. alter v̄o sit valde intensus in tinctura vt niger: ⁊ oēs alij colores sint medij. mō in recessu ab albo tendēdo versus nigrum rubeus coloꝛ est maioris tincture q̄ꝫ citrinus: ⁊ isto modo loquit̄ Auicē. ꝙ gradus rubedinis sunt p̄ter gradus citrinitatꝭ. ¶ Secūdo notandū ꝙ sicut superius omnes gradus citrinitatis vocauit citrinos: ita oēs istos cōmuniter vocat rubeos: ⁊ sicut erat quidā specialis gradus citrinitatis: ita ꝙ citrinus dicebat̄ equiuoce de illis duob⁹: ita hoc nomē rubeus significat duo. s. hoc nomē rubedineꝫ generalē ⁊ specialē qui dicit̄ rubeus absolute sicut est coloꝛ scarleti. roseus dicit̄ ad similitudineꝫ coloris rose rubee. ⁊ differt roseus a rubeo absolute: qꝛ coloꝛ rubeus est coloꝛ san. puri. coloꝛ v̄o roseus est coloꝛ sang. cū quadā purpureitate vel liuiditate: sed puluerulentus est coloꝛ sang. habentis coꝛruptioneꝫ. Et subdit ꝙ omnes isti colores significant dominiū sang. tamē supple est hec differentia: qꝛ coloꝛ rubeus absolute significat dominiuꝫ sang. arterialis. coloꝛ roseus significat dominiū sang. venalis. rubeus puluerulentus significat coꝛruptionem ad modū sang. qui facit moram in parasíde aliqua quando quis flobothomatur.

¶ Et in omnib⁹ in qbus est coloꝛ ȝafarano attinēs est significatio dominij cholere rubee. Et in oīb⁹ qui puluerulento attinēt est significatio dominij sanguinis.

¶ Hic docet significare per istos colores comparando eos ad dominium humoꝛum.

¶ Sed tu dices ipe dicit ꝙ coloꝛ rubeus obscurus significat dominiū sang. cū cholera rubea sit calidioꝛ sang. ideo coloꝛ rubeus clarus significat maioꝛem caliditatē q̄ꝫ rubeus obscurus. ⁊ in hoc videt̄ inuere ꝙ cholera calidioꝛ sit san. h̄ aūt ꝯtrariū dixit supꝛa capitulo de cōplexionib⁹. ¶ Dōm ꝙ aliquid dicitur calidius altero dupliciter. Uno mō cū caliditate īnaturali ⁊ absolute. Alio mō cū caliditate naturali ⁊ actuali. mō cholera est calidioꝛ sang. p̄ma caliditate: qꝛ vlcerat ⁊ coꝛrodit: ⁊ hoc modo loquit̄ hic Auic. 2° mō sang. est calidioꝛ ⁊ hoc modo loquebat̄ supꝛa. Dubiū 3m

¶ Et igneus qdē magis sigñat calorē q̄ꝫ rubeus ⁊ puluerulentus: sicut cholera in se calidioꝛ est q̄ꝫ sanguis.

¶ Hic cōparat colorē igneū ad colorē rubeū puluerulentum.

¶ Et coloꝛ quideꝫ vrine in egritudinibus acutis incendentibus trahit ad coloꝛem ȝafarani ⁊ igneitatem. Qꝛ si ibi fuerit tenuitas aliquam maturationis significat dispositioneꝫ ⁊ ꝙ iam incepit ⁊ si nō appareat in substantia. Si aūt citrinitas foꝛtioꝛ fiat ⁊ vsq̄ꝫ ad igneitatis perueniat terminū ⁊ ad fineꝫ in ea significat ꝙ caloꝛ incessanter pꝛocessit ⁊ iste quidem est finis citrinitatis. Qꝛ si in ipso claritas augmentetur caloꝛ iam s̄m diminutionem incedit.

¶ Hic docet determinare p p̄dictos colores vt determinant̄ ⁊ ꝯ̄hunt̄ ad determinatas egritudines ⁊ determinata accidentia. Et duo facit. Quia p̄ docet significare sup d̄terminatas egritudines. Scđo sup determinata accidētia. ibi (Jn icteritia v̄o.) Prima in duas. Quia p̄ docet significare sup egritudines cholericas. Scđo super sanguineas. ibi (Et est p̄terea cū in egritudinibus.)

Dubm 4m ¶ Sed tu dices ipse male dicit: qꝛ si fuerit ibi tenuitas sigt̄ aliquaꝫ dispōnē digōnis. Cōtra: qꝛ feb. iste vt pl'm fiunt ex mā cal'a subtili sicut est cholerica. nūc aūt digō māe subtilis est īgrossatio sicut digestio māe grosse est subtiliatio. cū ḡ in talib⁹ ꝓcedit̄ v̄sus statuꝫ talis mā dꝫ ire īgrossando: ꝫ tñ hec vadit subtiliādo: ḡ talis vrina sigñat dispōnē cruditatis ⁊ nō digōnis. ¶ Preterea ipe dicit ꝙ iaꝫ apparet digō: ⁊ q̄ꝫuis nō appareat in suba vrine sed solū in coloꝛe: sed ꝯtra: qꝛ sicut docet infra prius exhibet̄ vrine suba q̄ꝫ coloꝛ: qꝛ

Du^m 22^m ¶ Sz aliqs dicet non videt̄ ꝙ vrina debeat apparere alba post comestionē: q2 vrina que apparet post comestionez: aut deciditur a nouo cibo: aut ab antiquo: sed nõ a nouo: q2 nõ est possibile vt statim post cibū ⁊ potū deriuet̄ vrina ex eis cū trāsit⁹ ⁊ alteratio ei⁹ fiat tꝑe lõgo: nec etiā est superfluitas cibi ⁊ pot⁹ antiq: q2 cum hec sit lõgo tꝑe morata in corpore dz tincturaz acqsiuisse ex tꝑe: non ꝫ erit alba cū calor multo tꝑe egerit in eā. ¶ Preterea supi⁹ dixit ꝙ vrine vigilātiū erāt rubee vel citrine: qñ ergo dicit ꝙ debēt eē albe. Dd̄m ꝙ vrina post comestionē dz eē alba: vt dicit Aui. nõ tñ dz ītelligi ꝙ hec vrina sit sup̄fluitas noui cibi sz antiq ꝓꝑ cām dictā. Et rõ q̄re sunt albe põt eē 2ᵡ. Una est q2 in ꝑn° comestionis ꝯcurrit calor ab oīb⁹ ꝑtib⁹ corꝑis ad stõchū vt cib⁹ digerat̄ in stõcho: calor aũt erat vna ex causis tingētib⁹ vrinā ⁊ exacuitionis chol'e q̄ dz ꝑmisceri cū vrina: cū ergo subtrahat̄ epati ⁊ mēbris vrīa remanet priuata colore siue alba. Scd̄a cā est: q2 quātũcũq3 portonariū sit clausuz in digõne stõchi: tñ aliqs vapor exit ꝑ meseraicas ⁊ vadit ad epar ex cibo ⁊ potu q digerit̄ in stõcho: illi aũt vapores cuz sint crudi ⁊ aquosi remittũt tīcturā cho. ⁊ ipsaz obtũdũt: nā illi vapores attrahunt̄ a mēbris ꝓꝑ ipsoꝝ inanitionē: ⁊ iõ remittētes tīcturā chol'. ⁊ ꝑmiscētes se cū aquositate vrinali vrinā reddunt albā. ¶ Et ex his appet. Ad 2^m dico ꝙ vrine añ digõnē epatis cõpletaz sunt albe in vigilijs: ⁊ rõ hui⁹ est: q2 vigilie distrahũt calorem a mēbris digõnis qui calor habebat ꝑmiscere ⁊ tīgere vrinā: ⁊ sic loquit̄ hic: sed facta digõne ⁊ tꝑe famis tingit̄ vrina ⁊ ꝑmiscet̄ portio quedā cum vrina ⁊ ipsaz tingit. Itē chol'. exacuit̄ ex fame ⁊ magis tingit̄: ⁊ hoc mõ loquebat̄ supra: ⁊ iõ nõ contradicit sibi.

¶ Tictura rubea in egritudib⁹ acutis melior est q̄z aq̊sa alba: ⁊ eius ēt substātia melior est q̄z aquosa. Sz rubea que est sanguinea maioris est securitaits q̄z rubea cholerica. Rubea quoq3 chol'ica nõ tāti est timoris cū chol'a q̄eta manet. Sz si ē mobil' magni extat timoris.

¶ Hic reuertit̄ ad exponēdū q̄sdā sigñationes vrine ru. ꝯhēdo ipsaz ad quasdā sig̃tiões determiātas. Et q̄tuor facit sic̄ ad q̄tuor dispõnes ꝯhit. 2ª ibi (Ampli⁹ vrina ru.) 3ª ibi (Lunc3 vrina in acutis.) 4ª ibi (Q. si cū rubedīe.) ¶ Iuxta ꝑmā ꝑtē nota ꝙ cā q̄re in egritudinib⁹ acut̄ est melior in colore ⁊ sb̄a q̄z alba aq̊sa est ꝫ q2 in morbis acutis multū varia est digestio: q2 est cito terminabilis ad bonum vel ad malū cū nā nõ possit ipsaz multo tꝑe tolerare: mõ vrina ru. maiorē sig̃t digestionē q̄z alba aquosa: ⁊ quātū ad colorē ⁊ quātuz ad sb̄am: q2 si est rub. ꝫ hz admixtionē chol'e que fit a digõne: alba aũt aquosa fit a frigido ⁊ ab īdigestione cū sit ꝑuata ꝑmixtõe. ꝫ ⁊c̄. ¶ Subdit vlterius ꝙ vrina q̄ est sanguinea est maioris securitatis ⁊ minoris timoris de morte q̄z rubea chol'ica: ⁊ cā hui⁹ est: q2 rub. sanguinea sig̃t dñiuz san. rub. aũt chol'ica sig̃t dñium chol'e: mõ sic̄ appet per Gal'. in cõmē. 2. ꝓnosti. cõ. 27. excessus sanguis est minoris timoris q̄z alicui⁹ alterius hu. q2 vere magis est obediens: ⁊ iõ cū vrina sanguinea sigñat humores minoris malitie q̄z ru. clara: iõ est minoris securitatis. ¶ Subdit vlterius cõparādo excessum duplicis chol'. adinuicē ꝙ ru. chol'ica que ꝓcedit a cholera q̄eta non est tanti timoris quāti si sit vrina rub. ex dñio chol'. ru. furiose: ita ꝙ ꝫ ē ordo: īmo vrina ru. ē min⁹ mala in acut̄ q̄z aq̊sa ⁊ vrina rub. ꝓcedēs a sanguīs dñio est min⁹ mala q̄z ex dñio chol'e alteri⁹: ⁊ rõ hui⁹ vltimi ē: q2 qñ cho. ē furiosa timēdū ē de raptu ei⁹ ad aliquod mēbrū ꝑncipale ⁊ apparet ⁊ cū hoc sit pessimū. ideo ⁊c̄.

¶ Sz tu dices qũo cognoscā qñ chol'. ē furiosa vel nõ. Dico ꝙ cho. furiosa discernit̄ qñ est furiosa hoc mõ ꝑ vrinā q2 color rube⁹ cholere furiose ē ru. clarus igne⁹: q2 hñs talē chol'. est apta ad motum valde: qñ āt mag̃ tēdit ad obscuritatē aliquā sig̃t ipsaz quietā. Dub^m 23^m

¶ Amplius vrina rubea in egritudinib⁹ renū est mala: quoniam ſm plurimum calidum significat apostema. Et in doloribus capitis desipientiā portendit.

¶ Hic cõtrahit vrinā ad aliā dispõnē. ¶ Nota ꝙ cā q̄re hec vrīa significat in egritudinibus renū apostema est: q2 exquo egritudo ē in renibus ⁊ apparet talis vrina est ibi calor vehemens ⁊ multitudo materie sanguinee: quādo aũt hec duo ꝯiũgunt̄ sunt causa apostematis: q2 calor vehemēs cū multitudīe san. in aliquo membro ipsum facit putrescere ⁊ ebullire ⁊ causat apostema.

Du^m 24^m ¶ Sz tu dices. nõ vr̄ ꝙ hec vrina apparēs in capit̄ dolorib⁹ portendat desipiētiā: q2 superi⁹ dicebat̄ illo paragrapho. Albedo ꝑterea vrine. ꝙ vrina alba hoc sig̃t. ꝫ nõ ru. q2 vni⁹ sig̃ti solū ē vnū signuz. ¶ Dd̄m ꝙ desipiētia causat̄ ex raptu materie cal'e chol'ice ascēdētis ad caput ⁊ perturbātis spm̄ mõ talis ascēsus materie ad cerebrum põt accidere dupl'r. Uno mõ q2 tota mā cholerica tendat ⁊ rapiat sursum ad vētriculos cerebri: ⁊ tunc remanet vrina alba et priuata chol'. ⁊ sic loquebat̄ supra. Alio mõ ꝙ tāta sit abūdātia materie chol'ice in corpore: q2 dato ꝙ multa quātitas ei⁹ vadat ad cerebrū: tñ adhuc multa remanet q̄ defundit̄ per corp⁹ ⁊ miscet̄ cuz vrina ⁊ facit ipsam rubeā: ⁊ hoc mõ intelligit hic. ¶ Tunc ad aliud cū dr̄ vnius significati vnū est signum: dicēdum ꝙ veꝝ est si sit idē significatū totaliter: sed non est vt visum est: ideo ⁊c̄.

¶ Lũc3 vrina in egritudib⁹ acutis rubere ceperit: ⁊ sic

permanserit ⁊ nõ iferius descẽsũ fecerit ꝑditiõis egri timorem affert ⁊ renum apostema significat.

¶ Hic ꝯhit ad aliã dispõnẽ. ⁋ Nota ꝙ cã q̃re vrina in egritudibus acutis icipiẽs rubescere sic ꝑmanẽs ⁊ nõ descẽdẽs signat alterũ illorũ duorũ. s. vel mortẽ vel apa renũ est: qꝛ qñ incipit rubescere signũ est ꝙ calor icipit agere in mãm: ⁊ qꝛ nõ põt eã digerere ⁊ vincere in breui tpe: nec euatur per inferiora per egestionẽ signat idigestionẽ in acuta: ⁊ cũ indigestio sit signũ mortis in acutis qñ ꝓcedit in eis cũ nã nõ possit lõgo tpe sustinere morbũ acutũ cũ illa mã lõgũ tps requirat in sui digestione: ideo significat mortẽ in eis. Et dicit notãter si nõ fecerit descẽsũ: ꝙ si euaret ꝑ aliã viã ⁊ nõ intẽderet rubedo in vrina nõ eẽt ꝓp hoc signũ perditionis aut significat apostema renum: qꝛ quando est apa in renibus vrina apparet ru. ꝓp resudationẽ materie sanguinee ab apostemate que permixta cũ vrina facit ipsam rubeã: ⁊ qꝛ mã illa nõ est digesta: imo non mutat vrina: qꝛ non ꝑmiscet cũ ea nec facit descensum.

¶ Qꝛ si cũ rubedie fuerit turbida ⁊ taliter ꝑmãserit apostema in epate ⁊ caloris inati signat debilitatem.

¶ Hic ꝯhit colorẽ rubeũ vrine ad aliã dispõnem. ⁋ Nota ꝙ cã q̃re talis vrina sigt apa in epate est: qꝛ quando apa est in epate tũc accidit rubedo in vrina rõne caliditatis apatis ⁊ cõturbat sanguinem ꝓp sui ebullitionẽ ꝯturbatꝰ ꝑmiscet cũ vrina ⁊ descẽdẽs ad renes ⁊ vesicã appet rub. turbulenta. nec posset fieri turbida hoc mõ ex apate renũ sicut epatꝭ: qꝛ ibi fit ꝑma mixtio vrine vbi fit digestio ⁊ separatio supfluitatũ: hoc aũt est in epate ⁊ nõ in renibꝰ: q̃re ⁊c. sꝫ ex apate renũ nõ est ita permixta ⁊ minus ex apate vesice: qꝛ quãto a remotioribus venit res permixta vrine tãto in ea est verior permixtio vt pꝫ per Gal. 6. de interioribꝰ. cap. 3. ¶ Ulteriꝰ nota ꝙ hoc qð dicit (et caloris inati signat debilitatẽ) potest intelligi 2r. Uno mõ ad calorẽ ꝓpriũ epatis qꝛ cũ sit apatũ debilitat eius calor nãlis a calore extraneo epatis: vel hoc etiã põt exponi referẽdo h̄ ad calorem inatum totius corporis: ⁊ tũc causa illius erit: qꝛ cum epar sit membrũ principale deseruiens toti qñ est apatũ opꝫ calorem totius corporis debilitari: ⁊ vtraq̃ expositio est bona.

¶ Amplius colorũ vrine sunt qdã cõpositi ex qbꝰ est color q carnis recẽtis loture assimilat q ẽt sanguini in aq̃ dissoluto silis existit: ⁊ ẽt ex debilitate epatꝭ: ⁊ qñq̃ ẽt est ex multitudie sanguis. Uerũtñ sepiꝰ existit ex debilitate epatis ex q̃cũq̃ cõplexione superuenerit malitia vincẽte quã digerendi debilitas demõstrabit ⁊ virtutꝭ dissolutio. Qꝛ si virtus fortis fuerit tunc non erit nisi ex sanguis multitudie ⁊ eius augmẽto vltra mẽsurã quã virtus disgregatiua penitus separare non sufficit.

¶ Postq̃ docuit significare ꝑ colores simplices vrine tam medios q̃ extremos: hic docet signare ꝑ colores cõpositos qñ in vna vrina apparẽt plures colores cõpositi vel plures spẽs colorũ. Et quatuor facit. Prĩo docet signare ꝑ colorẽ cõpositũ ex albo ⁊ ru. Secũdo ex citrino ⁊ viridi. ibi (Et ex eis est color oleaginus.) Tertio ex citrino ⁊ nigro. ibi (Et ex eis est ẽt carminiꝰ.) Quarto ex rubro ⁊ nigro. ibi (Qm̃ est color albꝰ.) ¶ Iux ꝑmã ptẽ nota ꝙ iste color silis loture carnis recẽtis nõ dꝫ itelligi ꝙ sit color cõmixtꝰ ex albo ⁊ nigro per viã mixtiõis: ita ꝙ isti duo colores misceant adiuicẽ: qꝛ tũc eẽt vnus color simplr ⁊ mediꝰ sic cydrus vel citrinus vl viridis ⁊ nõ cõpositꝰ: sꝫ dꝫ intelligi ꝙ est mixtꝰ ex albo ⁊ rubeo: qꝛ in quadã eiꝰ pte appet rubedo ꝓpter admixtionẽ sang. cũ vrina in q̃ cũ apparet sanguis in ꝓpria forma ⁊ in aliq̃ parte appet aq̃sitas q̃ dr̃ color albꝰ sicut si poneret aquositas sanguinolẽta in aq̃: tunc in quadã pte aque apparet sola aq̃ ⁊ in alia san. ¶ Ulterius nota ꝙ hec vria põt causari 2r: vt tãgit Aui. in lr̃a. Aut ꝓp debilitatẽ vtutis digestiue epatis: nã qñ virtꝰ sanguifica epatꝭ est ðbilitata male digerit sanguis: qꝛ iperfecte digestus sanguis nõ retinet a mẽbris tãq̃ eis icõueniẽs: ⁊ expellit ad vias vrine sic aliqñ expellit ꝑ intestina: ⁊ tũc appet egestio silis loture carnis. Aut causatur hec vrina ꝓp multitudinẽ sanguis: nã dato ꝙ virtꝰ digestiua ⁊ retẽtiua sint fortes in se: tñ est debilis respectu obti qð est supflue q̃titatis: ⁊ tũc nõ põt bñ discretiua sequestrare totũ sanguinẽ ab aq̃sitate: nec ẽt renes qꝛ ẽt superflua q̃titas ad renes vadit: ⁊ iõ expellit ad vesicam ⁊ extra ⁊ apparet similis loture carnis.

Dubm 25m

¶ Sꝫ statim tu queres ẽt virtutis est peccatũ quãdo ꝓuenit ex ðbilitate epatis: ⁊ ẽt virtutis est pctm̃ qñ ꝓuenit ex debilitate sanguinis supflua. Dico ꝙ ꝑmus modus ex debilitate virtutꝭ digestiue est qꝛ iperfecte digerit: ⁊ ẽt retẽtiue qꝛ ẽt nõ retinet san. sꝫ expellit per egestionẽ ⁊ vrinã. ⁋ Sꝫ cũ tu dices ẽt virtutꝭ est peccatũ qñ ꝓuenit ex supflua q̃titate: nõ vr̃ qꝛ nõ ex peccato digestiue: qꝛ cibꝰ bñ digerit ⁊ ꝑfecte: nec attractiue qꝛ bñ attrahũt mẽbra q̃tũ debẽt: nec expulsiue qꝛ illa est fortificata vt vr̃. Auic. aũt vr̃ dicere ꝙ hoc peccatũ pertinet ad discretiuã q̃ nõ disgregat aquositatẽ a sanguine: ⁊ in h̄ vr̃ icidere in maiorẽ dubitationẽ: qꝛ vr̃ distĩguere virtutẽ discretiuã iter oẽs alias virtutes eiꝰ. Cõtrariũ appuit sup in cap̃ de virtutibꝰ. ⁋ Ad h̄ dõm q̃tũ spectat ad ꝓpositũ ꝙ ex eo qð dicit Aui. nõ arguit ꝙ virtꝰ discretiua sit alia ꝭm eẽntiã a digestiua: nã virtꝰ põt dici eẽ debilis simplr: aut in se: aut respectu sui obti: mõ primus modus vrine silis loture carnis ꝓuenit ex debilitate virtutis digestiue in seipsa ꝓp dñium alicuius male cõplõnis calide in ipso vel frigide vel alicuiꝰ alterius: sed ꝭm pctm̃ respicit debilitatẽ virtutis epatis nõ in se sed ex pte obiecti: qꝛ nõ expellit ad membra totus ille sanguis sicut expellit in dispõne nãli nec totus attrahit sicut deberet attrahi: ⁊ ideo sicut superfluũ mẽbris epati ⁊ renibus expellitur cum vrina: ita ꝙ est ibi debilitas virtutis attractiue ⁊ retentiue non in se sed respectu obiecti: ⁊ non est digestiue ꝭm se: ⁊ ideo attribuitur discretiue.

Dum 26m

¶ Sed tu dices. nõne ẽt põt causari ex ðbilitate attractiue renũ ⁊ digestiue nõ potẽtis totũ illũ sanguinẽ trãsmissũ cũ vrina sibi assimilare. Ad h̄ dicũt aliq ꝙ nõ: qꝛ ad renes ðscẽdit tã modicũ ð sanguie ꝙ non eẽt possibile tingere vrinã. Itẽ qꝛ tinctura causat a ꝑmixtiõe rei tingẽtꝭ cũ vrina: sꝫ cũ in renibꝰ nõ fiat ꝑmixtio vrine sꝫ in epate: iõ ⁊c. Sꝫ hoc est ꝯ Auic. 3. cañ. q vult ꝙ bñ põt causari ex debilitate renũ talis vrina. Cã aũt quare de hoc Aui. nõ fecit mentionẽ est 2x. Una qꝛ dedit intelligere hoc ꝑ debilitatẽ epatꝭ. Scða est: qꝛ que fit in renibꝰ accidit raro: ab epate aũt accidit sepe.

¶ Et ex eis est ẽt color oleaginꝰ ⁊ est citrinitas cui admixta est siclinitas ⁊ colori olei similat ꝓp viscositatẽ que est in ipso ⁊ trãslucẽtiã cũ nitore adipino ⁊ cũ splẽdore substãtie ad quãdã spissitudinem trahit.

¶ In ista parte docet significare per alium colorem mixtum ex citrino ⁊ viridi. Primo notificat hunc colorẽ. Secũdo ponit significata eius. ibi (Et in pluribus dispositionibus ⁊c.)

Dum 27m

¶ Et dicit ⁊ similatur colori olei ꝓpter viscositatem. Sed tu dices: ista nõ videtur similitudo: qꝛ viscositas non est color. Dõm ꝙ per hoc vult dicere ꝙ assimilatur oleo in duobus. s. in colore ⁊ in sba: in substãtia qꝛ talis vrina est viscosa ⁊ spissa sicut oleum: in colore qꝛ hꝫ citrinitatem cum hec vrina tendat ad citrinitatem.

¶ Et in pluribus dispõnibus significat malum aut nõ significat bonum: neq̃ maturationem neq̃ meliorationem: sed fortasse raro materierũ vnctuosarũ euonẽ ꝭm modum crisis significat: ⁊ hoc quidem non est nisi cum post ipsã aduenit requies. Que võ ex ea est pernitiosa est illa cuius vnctuositas est fetida ⁊ proprie illa ex qua parua mingitur quantitas.

¶ In parte ista ponit signata coloris oleagini in vrina. Prĩo docet per eã signare absolute. Scðo h̄ facit ex tpe approximationis eiꝰ. ibi (Maius aũt.) Tertio distĩguit iter signata huius vrine. ibi (Ad sũmũ võ.) Pria in duas. Prĩo oñdit sigtiones huiꝰ vrine vt nõ cõparat ad aliũ colorẽ. Secundo hoc facit quando comparatur ad alium colorem. ibi (Cũ võ ei aliqd.) ¶ Iuxta primũ nota ꝙ causa quare hec vrina signat malũ vt in pluribꝰ est: quia hec vrina de se portẽdit liquefactionẽ pĩguedis q̃ est mala. Itẽ qꝛ cãtur ex dominio humoris putredinalis sup mẽbrũ qð est ẽt valde malũ. Itẽ qꝛ de se semp signat malũ: qꝛ signat exitũ rei iuuatiue a corpe. aliqñ nõ signat bonũ: qꝛ nõ est signũ digestõis. aliqñ aũt ⁊ raro significat bonum: qꝛ significat euacuationẽ per crisim alicuius materie corrupte in corpore: ⁊ ex hoc pꝫ qñ significat bonũ ⁊ quãdo malum.

Dum 28m

¶ Tu dices vr̃ ꝙ nunq̃ significet bonũ: qꝛ semp hec vrina sigt liq̃factionẽ pĩguedis que est qd malũ. Dõm ꝙ hãc vrinã signare liq̃factionẽ põt itelligi 2r: aut pñtẽ ⁊ tũc est pessima: ⁊ tũc est pauca ⁊ fetida ⁊ nõ aduenit reqes post ipsã: est enim fetida: qꝛ possidet a calore extneo corrũpẽte ⁊ putrefaciẽte. si aũt pauca in quãto: qꝛ fit siue causat illð a calore ꝯsumẽte humiditates corpis: ⁊ ex his sequit grauatio ⁊ debilitas virtutꝭ ⁊ nõ alleuiatio. Sꝫ inq̃tũ hec vrina signat liquefactionẽ factã: tũc expulsio talis materie liq̃te cum alijs malis humoribꝰ signat bonũ. s. potẽtiã virtutis expulsiue expellẽtis nociua de corpe: ⁊ tũc ꝓcessit eã aliqð bonũ signũ: ⁊ ẽ multa in q̃titate ⁊ sequit alleuiatio. Et cũ dr̃ ꝙ semp vr̃ mala: qꝛ sigt exitũ rei iuuatiue de corpe: dõm ꝙ lꝫ hic adeps ante sui eliquationẽ sit bonus: tñ postq̃ liquefactꝰ est a calore extraneo est malus: ⁊ ideo eius expulsio cum predictis conditionibus est bona.

¶ Cum võ

¶ Cũ vo ei aliqd miscet qd ẽ sile loture carnis recẽtis est deterior. Et h qdẽ plus ↄtingit in hydropisi ⁊ ptisi ⁊ colica mala. Et est cuz oleagina post nigram sequit urinã que precessit. Et tunc qdẽ est significatio bona.

¶ Hic ponit significationes oleagine vrine comparando hunc colorem ad alios. ¶ Juxta quod est notãdum ꝙ causa quare est deterior est: quia vterqꝫ illorum colorum per se est pessimus: et ideo malitia multiplicata est signum pessimitatis.

Dub^m 29^m ¶ Sed tu dices per quem modum cõtingit hoc hydropisi ⁊ ptisi ⁊ in colica mala. Dõm ꝙ hoc potest esse ꝑpter duo: primo quia hydropisis causat a mala cõplexione calida ꝑpter quaz accidit eliqtio pinguedinis ⁊ adipis: aut qr aqua congregata inter zirbuz ⁊ syphac que hꝫ virtutez corrosiuã ꝑpter eius corruptionẽ: ⁊ ideo ꝑpter sui mordicationem ⁊ corrosionez liquefacit ⁊ corrodit zirbũ qd est mẽbrum pingue: etiã pinguedo dissoluta ⁊ mixta cũ vrĩa facit ipsam oleaginã. Jn ptisi vo apparet pinguedo in vrina pp consumptionẽ membrorum: ⁊ cũ epar sit vicinũ spiritualib⁹ mẽbris cõpatitur eis: ⁊ tunc fit ex debilitate digestionis eius vrina silis loture carnis recentis: ita ꝙ pinguedo que est circa renes ꝑpter eius ꝓpinquitatem liquefit ⁊ apparet vrina oleagina: ⁊ qr in illo apostemate compatitur epar: in intestinis accidit ꝙ ꝑpter malã epatis cõplonem calidã fit vrina similis loture carnis recentis.

Dub^m 30^m ¶ Sed tu dices. nõ vr ꝙ si vrina oleagina sequit post nigram sit significatio bona: qr cum tam nigra qꝫ oleagina significet per se malum: ergo vna post aliã significabit pessimũ. Dõm ꝙ vrina oleagina potest apparere post nigram duplr. Uno modo per viam crisis. s. qr natura primo expellit hu. nigros adustos ⁊ in magna qntitate ita ꝙ pcesserit signũ digestionis: postea vo expellit pinguedinem liquefactã ad quam sequit alleuiatio: ⁊ hec est bona: qr significat virtutem ⁊ potẽtiam virtutis expulsiue expellẽtis nociua de corpe fortẽ. Alio aũt mõ eẽt mala vt sicut tu arguis etiam.

¶ Maius autem qd vrina significat oleagina est ꝙ in die quarta indicat egrum in die septima moriturum in egritudinibus videlicet acutis.

¶ Jn ista pte ponit signatiões vrĩe oleagine qñtũ ad tps apparitionis. ¶ Jux qd no. ꝙ h est qñ appet in qrta iudicare egrũ moriturum in. 7. nõ est ei⁹ signũ spãle ⁊ pmũ ſꝫ gñale: qr sic bonitas digõnis in 4. signat liberationẽ vel crisiz bonã in. 7. ita ⁊ in mala: ſꝫ cuz oleagina sit pessima in se: iõ apparẽs in. 4. signat moriturũ in acutis.

¶ Ad sũmum vo oleagine vrine tres sunt spẽs. Alia. n. ex ea est que tota est adeps. Et alia est cui⁹ iferius est tm adeps. Et alia est cui⁹ supi⁹ est adeps. Ex ea ẽt est que in suo colore tm est oleagina sicut est in ptisi ⁊ ꝓprie in sui principio: aut in sui substantia tm: aut in eis vtrisqꝫ quemadmodum est in egritudinibus renum ⁊ in perfectione ptisis ⁊ eius fine.

Dub^m 31^m ¶ Hic distinguit significationes vrine oleagine.

¶ Sꝫ tu dices qũo adeps põt apparere iferi⁹: qr supnatat aq̃ cũ sit nature aeree solũ. Preterea oleagina ois vrina adipis ẽ oleagina in colore ⁊ in sba sil. ¶ Ad primũ dõm ꝙ vrina põt esse oleagina 3r vt supi⁹ dcm est ꝑm totã vrinã: ⁊ hoc pp duo: aut pp vehemẽtem ebullitionẽ factã in toto que pmiscet adipẽ liquefactũ per totam sbam sicut ↄtigit in brodio in lebete bulliẽte: aut qr adeps permiscet cũ hu. bulliẽtibus viscosis terrestrib⁹ ⁊ grossis qui petũt inferiora: ⁊ iõ pp eorum viscositatẽ detinẽt adipẽ iferius: aut qr ex vehemẽti adustiõe terrestrificat adeps: qr subtile ei⁹ resoluit ⁊ grossuz remanet ⁊ dscẽdit ad fundum vrine sicut accidit aliqñ in patella.

¶ Ad 2^m dõm ꝙ puto ꝙ vrina oleagina in sba est ẽt oleagina in colore ⁊ ecõuerso: tñ aliqñ appet mag oleagina in sba qꝫ in colore qñ mag similat oleo in sba qꝫ in colore: ⁊ hoc cognoscit vt qñ cõquassata in vrinali nõ facit sonũ sicut nec oleũ: ⁊ iõ videt medicos in fine ispectionis ↄcutere vrinã in vrinali: aliqñ aũt mag similat oleo in colore qꝫ in sba: vt qñ ducta per vrinale pulsat sic alia: tñ in colore similat ei mag: ⁊ qñ mag similat oleo in vtroqꝫ: ⁊ iõ in pn° similat oleo solum in colore: in ꝓcessu vo in sba magis: sed qñ est cõpleta similat in colore ⁊ substantia: ⁊ etiã in egritudinib⁹ renuz: qr ꝑpter multã coniunctionẽ pinguedinis que est circa renes accidit similitudo vrine cum oleo in substantia ⁊ colore.

¶ Et ex eis est etiã carminius qui malus est ⁊ pernitiosus: qm vtriusqꝫ cholere significat adustionem.

¶ Hic docet signare per colorẽ vrine cõpositũ ex citrino ⁊ nigro. ¶ Jux qd nota ꝙ color carmini⁹ est cõposit⁹ ex citrino ⁊ nigro: qr rõne adustiõis cho. ru. ⁊ nigre p se ⁊ singulr accepta est mala: ideo iũcta insimul sunt pessima: ⁊ intelligendum ꝙ illud qd hic dic est signum pernitiosum dꝫ intelligi ꝙ accidit talis vrina ꝑpter dñiuz talium hu. adustorum: sed si accidat per viaz crisis potest esse bona: qr significaret potentiaz virtutis expellentis nociua de corpore si veniret in quantitate magna ⁊ pcedentib⁹ signis digõnis: ⁊ cuz h eger alleuiatur post talem mundificationem.

¶ Et qñqꝫ est color rube⁹ i quo currit nigredo ⁊ significat febres cõpositas ⁊ febres que ex grossis fiũt superfluitatibus. Qui si clarior fuerit ⁊ nigredo ad ipsius sũmitatẽ declinauerit: apostema signabit lateris.

¶ Hic docet significare per colorẽ vrine cõpositum ex ru. ⁊ nigro. ¶ Circa qd nota ꝙ cã quare hic color significat fe. cõpositas hec est: qr significat abũdãtiã diuersarum materierum que cũ putrefiũt sũt cã diuersarum fe. qr rõne rubedis significat adustionẽ cho. ru. ⁊ p ↄñs significat fe. melicas. ⁊ vlteri⁹ qr melia adusta est superfluitas grossa: ideo sigt fe. ex grossis superfluitatib⁹. Addit vlteri⁹ ꝙ si fuerit clarior rubedo ipsa ⁊ nigredo declinat ad supmũ dclinat ad pleuresiz: nõ tñ vult ex hoc hre ꝙ oĩno significet pleuresim ſꝫ cũ alijs signis ei⁹ ꝓprijs. Et cã qre hec vrĩa significat apa lateris est: qr apa lateris fit vtplurimũ ex cho. ru. que cũ adurit vergit versus nigredinez: si autẽ clara rõne cho. que de se est clara añqꝫ sit adusta: ⁊ etiam qr permiscetur cum ea aliqua humiditatis adusta subtilis que tẽdit versus sursum: ⁊ ideo ꝑueniens ad pelliculam tegentẽ costas vel ad diaphragma causat apostema qd dicitur pleuresis.

## ¶ De significationibus substãtie vrine in qñtitate ipsi⁹ ⁊ in claritate sui aut turbulentia. Cap. 3^m.

Substãtia vrine aut est tenuis: aut grossa: aut mediocris.

¶ Postqꝫ Aui. determinauit de significationibus vrĩe sumptis a colore: hic deter. de signationib⁹ vrine sumptis a sba: cũ hoc ẽt includendo significationes sumptas a claritate ⁊ turbulentia vrine: ⁊ duo facit. Nã p deter. de signis sumptis a sba vrine nõ cõsiderando alia signorum genera. Scdo facit hoc cõsiderando alia gña signorum. s. quantitatẽ colorẽ hypostasim. ibi (Cuz vrina grossa mingit.) Prima in duas. Primo ponit significatiões vrine sumptas ex parte claritatis ⁊ turbulentie pncipalr: ſꝫ h etiã intermisceat de substantia. ibi (Amplius vrina spissa.) Pria in duas. Primo premittit diuersitates in substantia vrine. Scdo exequtur de diuersitate illarum diuersitatum. ibi (Ualde vo.)

¶ Ualde vo tenuis in oibus dispõnibus maturationis significat priuationẽ: aut in venis oppilõnes: aut epatis debilitatem ⁊ cãnalium vrine qui non attrahũt nisi qd tenue est: aut attrahunt sed extra nõ eijciũt nisi qd natura subtile existit: aut multã aque potationem: aut vehemẽtis frigiditatis cõplexionẽ cum siccitate.

¶ Hic ꝓsequit de significationib⁹ pdictarũ diuersitatũ: ⁊ tria facit. Primo docet signare per vrinã tenuem. Scdo p grossaz. ibi (Urina aũt multũ spissa.) Tertio per mediocrẽ. ibi (Nõ ãt subtilitas.) Pria in duas. Prio ponit signa vrine tenuis in generali. Scdo in spãli ipsaz ↄhẽdo ad diuersas dispões ei⁹. ibi (Et in acut qdem.) ¶ Ad euidẽtiã pme ptis ⁊ sequẽtiũ est notãdũ ꝙ vrina tenuis grossa ⁊ mediocris põt notificari triplr. Uno° vniulr ⁊ absolute nõ comparãdo ipsaz ad aliqd corp⁹ determinatũ: ⁊ isto mõ accipitur tenue ꝑ subtili ab auctorib⁹: ⁊ isto mõ grossuz dicet de vrina grossa absolute sicut sunt vrine subiugaliũ: ⁊ illa que est media iter istas dr mediocris isto mõ: qr hꝫ latitudinẽ multã ⁊ multas spẽs sub se: quasdã dclinãtes vsus vnũ exmũ mag: alias vsus aliud. Scdo° notificat vrina tenuis ⁊ grossa ⁊ mediocris in cõparatiõe ad corp⁹ tẽperatũ vt mediocris dicet q repit in corpe tẽperato: ille aũt q reperiunt in corpe distẽperato ⁊ recedũt a mediocri vsus tenuitatẽ dicunt tenues: q vo vsus grossuz grosse. Tertio° notificat vrĩa tenuis ⁊ grossa ⁊ mediocris in relatiõe ad qdcũqꝫ corp⁹: ⁊ isto mõ dicet vrina mediocris qñ istd corp⁹ erit in sua nãli dispõne: dicet ãt grossa qñ istd corp⁹ remouet ab illa dispõne sic ꝙ tẽdit vsus grossuz: ⁊ dicet subtilis q reperiet in illo corpe remoto a nãli dispõne: sicut qd tẽdit vsus subtilitatẽ: tunc dico ꝙ hic accipit notificatio vrine tenuis ⁊ grosse ⁊ mediocris isto mõ tertio. s. vt cõparat ad corp⁹ cui⁹ est: ⁊ iõ dicebat Damascen⁹ in suis afor. ꝙ nõ appropinquabit medic⁹ vitati in egroto nisi approximet vrinã ad suũ corpus: ⁊ qr tali ↄsideratiõe frequẽti⁹ idigemus: iõ ⁊c. ¶ Ulteri⁹ nota ꝙ cã qre vrina valde tenuis sigt in oib⁹ dispõnib⁹ priuationẽ di-

gestionis est: q2 vrina valde tenuis caret cõmixtiõe alteri⁹ rei: cũ aũt oĩs digestio fiat per cõmixtionẽ: iõ ⁊c. ⁊ q2 effect⁹ signat suam cãm: ideo vrina tenuis põt significare sup indigestionẽ a qua causatur. Subdit scðo ꝙ põt signare sup oppilões venaꝝ: nã oppilatio est cã vt nõ trãseat ꝑ canales nisi illud qð est subtile ⁊ tenue. Tertio põt venire vrina tenuis ex dbilitate epatꝭ ⁊ canaliũ vrine: q2 attrahit solũ qð tenue est ⁊ subtile. Quarto ex potu aq̃ que dbilitat digestiuã vt dcm̃ est que idigestio est cã subtilitatꝭ vrine. Itẽ q2 friditas h3 cõgelare hu. ⁊ siccitas ipsos exiccare qb⁹ exiccatꝭ et congelatis vrina deciditur subtilis cum non possint secum admisceri hu. propter eorum grossitiem. Itẽ qa frigiditas ⁊ siccitas impediunt digestionem: mala autez digestio est causa subtilitatꝭ vrine cum non fiat mixtio ꝓpter indigestionem in vrina.

Dub^m p^m ¶ Sz mõ querit vtrũ oppilões epatꝭ ⁊ venaꝝ sint cã tenuitatis in vrina. Et arguit ꝙ nõ. qa ꝯrioꝝ signoꝝ ꝯria debẽt eẽ signata: sz vrina grossa significat oppilõnẽ: ergo subtilis nõ signat oppilõnẽ. ma. p3. mi. declat ꝑ illũ afor. 69. 4^e pti. Quib⁹ vrine grosse globose. ¶ Preterea si vrina tenuis significaret oppilões aut epatꝭ aut splenis: aut venaꝝ emulgẽtiũ vel venaꝝ paruaꝝ que sunt in extremitatibus mẽbroꝝ: sequeret trãsitũ nutrimẽti ipediri qð epati spleni et alijs mẽbris euenire nõ posset ꝑ eoꝝ nutricatiõe: sed nullã istaruz significat. ergo ⁊c. Maior p3: qa non sunt plures oppilões q̃ possint vrinã ꝓhibere appere grossaz vel facere ipsam tenuẽ. Mi. appet: ⁊ p^o ꝙ oppilõ epatis ⁊ venaꝝ paruaꝝ mẽbroꝝ h nõ faciãt: qa oppilatio taliũ venaꝝ nõ ipedit trãsitũ nutrimẽti ad mẽbra: ergo nec trãsitum vrine multomagꝭ: qa nutrimẽtũ qðcũq3 subtile est grossi⁹ vrina grossiori. nec est oppilõ splenis: qa per splenẽ nõ ꝑtrãsit vrina. nec per oppilõnẽ venaꝝ emũctoriȷ: qa cũ ipse sint valde late. ergo ⁊c. ¶ Preterea diĉ ꝙ hec vrina signat debilitatẽ epatꝭ: nõ vꝫ qa vrina que significat debilitatẽ epatꝭ est ru. silis colori loture carnis recẽtis: talis aũt nõ est cũ multa tenuitate sibe cuz hẽat multas partes sang. admixtas. ¶ Dico ꝙ vrina que est silis loture carnis recẽtis significat debilitatẽ magꝭ digestiue epatꝭ: sed hec vrina tenuis signat magis debilitatẽ attractiue vel expulsiue ꝑꝑ oppilõnẽ. ¶ Iux qð nota ꝙ vrina valde tenuis aliq̃n causat ab oppilõnib⁹ venaruz ꝑꝑ cãm dictã: qa oppilõ ipedit trãsitũ rei grosse: ⁊ iõ ipedit trãsitũ ei⁹ qð reddit vrinaz grossam: ⁊ per ꝯñs remanet subtilis. ¶ Dico ergo ꝙ hec vrina que ꝓuenit ab oppilõne pncipalr causatur ab oppilõne epatis: scðario aũt ab oppilõne venaꝝ emulgentiũ ⁊ splenis: quia epar est pncipale mẽbrũ in quo gñat vrina: alia aũt sũt solũ coadiuuatiua. ¶ Tũc ad rões. Ad pmã dõ3 ꝙ q̃n tu dicis ꝯrioꝝ signorum ⁊c. dico ꝙ nõ op3 qa tã grossa q̃3 subtilis põt significare oppilationes s3 sufficit ꝙ aliqualr differãt: ⁊ ita est in ꝓposito qa vrina tenuis q̃ ꝓcedit ab oppilõne est signũ rei fixe que non digerit: sed vrina spissa signat oppilõnẽ rei grosse que agitat ꝑꝑ quã agitationẽ aliqua ps ei⁹ miscet cũ vrina ⁊ fit spissa ꝑꝑ ei⁹ motũ in corꝑe et ꝓpter abũdãtiã talis materie. ¶ Ad aliã cũ dicebat aut eẽt oppilatio venaꝝ epatis ⁊c. dico ꝙ oppilõ oĩum illoꝝ eẽ põt cã subtilitatis in vrina. Et cũ dĩ ꝙ oppilõ epatis nõ ꝓhibet grossaz egredi: q2 nõ ꝓhibet transitũ nutrimẽti vel cibi: dico ꝙ l3 nõ ꝓhibeat trãsitũ nutrimẽti oĩno: tñ ꝓhibet trãsitũ nutrimẽti grossi ⁊ attrahit subtile solũ ꝑꝑ qð videm⁹ ꝙ mẽbra exteriora macrescũt in talib⁹. Et cũ dĩ in talib⁹ si trãsit nutrimẽtũ subtile vt tu dicis: ergo multomagꝭ vrina grossa qa nutrimẽtũ quãtũcũq3 subtile est grossi⁹ vrĩa grossa: dico ꝙ hoc ꝓcedit ex flegmate. nõ enĩ debes imaginari ꝙ fiat trãsitus nutrimẽti disticte ⁊ postea aquositas per se: sed totũ congregatũ ex nutrimẽto ⁊ aquositate: qa aquositas adiuuat ad h vt nutrimẽtũ ꝑ mẽbra penetret: ita ꝙ illð qð põt transire ad mẽbra trãsit: qð ãt est grossũ remanet. ¶ Ad alið de splene dico ꝙ oppilatio venaꝝ splenis ẽt ꝓhibet trãsitũ vrine grosse ad epar ⁊ membra: nõ qa ꝑ splenẽ trãseat vrĩa: s3 ꝑꝑ cõpassionẽ quã hẽat epar ad splenẽ: qa q̃n ẽ oppilõ i splene tũc epar debilitat: ⁊ ꝑ ꝯñs male digerit: ⁊ tũc cãtur oppilõ i epate: vñ videtꝭ vtplm ꝙ hñtes malam splenẽ hñt epar malũ: ⁊ eodẽ mõ de oppilõne venaꝝ emulgẽtiũ.

**¶ Et in acutꝭ qdẽ egritudinib⁹ signat virtutis digestiue debilitatẽ ⁊ maturatiõis ꝓuationẽ. Et est ẽt cũ reliq̃rũ virtutũ tãtã signat debilitatẽ vt nullo mõ i aq̃ opent: imo quemadmodum ingredit ita labitur.**

¶ Hic docet signare ꝑ vrinã ꝯhẽdo ad dterminatas dispões. Et quatuor facit sic ad q̃tuor ꝯhit dispões. 2^a ibi (Et vrina qdem tenuis.) 3^a ibi (Et silr si hec in sanis.) 4^a ibi (Et tenuitas q̃3.) ¶ Iuxta pmã ꝑtẽ nota ꝙ hec lr̃a (et maturatõis ꝓuationẽ.) põt exponi 2^r. Uno° ꝙ sit expositio dicti ꝑcedẽtis: ⁊ tũc exponem⁹ ⁊. ꝑ. i. Alio° referendo ad diuersa: nã ꝑ hoc qð dicit debilitas digestiue refert se ad debilitatẽ virtutꝭ digestiue in se. per h aũt qð diĉ maturationis ꝓuationẽ refert se ad debilitatẽ ei⁹ in respectu ad obtũ in qð agit q2 priuat opatio eius in obiectũ suum quando est debilis.

Dub^m 2^m ¶ Sed tu dices significat ne hec vrina hoc in egritudib⁹ chronicis. Dõm ꝙ sic. qa semꝑ de se significat debilitatez digõnis: tñ non sic app3 in chronicis sicut in acutꝭ: ⁊ tũc addit ẽt ꝙ relique virtutes intãtũ debilitant ꝙ nullo mõ opant ad digõnẽ: nã reliq̃ vtutes maxime auxiliant in tpe digõnis: ⁊ iõ sup ei⁹ debilitatẽ significat.

**¶ Et vrina qdẽ tenuis valde ꝺm hunc modũ deterior est in pueris q̃3 in iuuenib⁹: qm̃ nãlis puerorum vrina spissior est vrina iuuenũ: ideo ꝙ sunt humidiores ⁊ ꝙ eoꝝ corpora plus attrahunt humiditates: ꝓpterea q⁹ materia superfluẽs est eis necessaria cã augmẽti. Si ergo eorum vrine in febribus acutis multũ fiant tenues iaz valde elongati erũt a sua nãli dispõne. Et si hec in eis perseuerauerit nõ significabit nisi perditionẽ: qm̃ cum perdurat significat perditionem nisi bona sint adiũcta signa ⁊ virtutis stabilitas: tunc enim exituram significat que accidit ⁊ ꝓprie inferius sub ꝑte epatis.**

¶ In ista ꝑte ꝯhit vrinã tenuẽ ad aliã dispõnẽ que sumit ab etate. ¶ Nota ꝙ q̃n dicit (ꝺm hũc modũ) d3 exponi valde tenuis: naz tenuitas accipit 2^r in vrina. Uno° ꝓ valde tenui. Alio° ꝓ mediocri vt appet in cõmẽ. illi⁹ afor. 69. 4^e pti. In qbuscũq3 vrine grosse et globose ⁊c. ¶ Cã aũt q̃re est deterior in pueris q̃3 in iuuenib⁹ nõ ponit: tñ fundat sup quodã dicto. G. in cõmẽ. 8. pmi ꝓno. q2 quanto aliqd remouet magꝭ a nãli dispõne tãto est pei⁹: vt p3 de facie tornatili. ¶ Cã aũt q̃re vlr est subtilior in iuuenib⁹ q̃3 in puerꝭ ẽ: qa cõplexio iuuenis ẽ siccior q̃3 pueri: ⁊ iõ magꝭ cõsumit supfluitatem q̃ cũ vrina miscet: s3 corꝑa pueroꝝ sunt humida nãliter ⁊ nõ inquãtuz: dicit in reddẽdo cãm hmõi: qa corꝑ⁹ pueroꝝ plus attrahit humiditates: iõ est grossior imo vt sic subtilior: qa magꝭ ꝑmanet aq̃sitas ipsa ipermixta: ⁊ ꝑ ꝯñs vrina subtilior: s3 qa corꝑa eoꝝ plus accipiũt de nutrimẽto q̃3 corꝑa iuuenũ: qa sumunt ipm gratia nutricatiõis ⁊ augmẽti: ⁊ iõ plus accipiũt q̃3 digestiua valeat digerẽ ꝑꝑ qð multiplicãt plures supfluitates q̃ mixte cũ vrĩa reddũt eaz grossaz: ⁊ iõ grossities in vrĩa min⁹ est mala in puerꝭ q̃3 in iuuenib⁹: ꝑꝑ qð dicebat Aui. 3. cañ. ꝙ vrina nigra peior ẽ in iuuenibus q̃3 in puerꝭ: qa vrina nigra ꝑꝑ adustionẽ cõiungit cũ grossa. ¶ Subdit vlteri⁹ ꝙ si hec vrina ꝑseuerat multũ in acutis signat ꝑditionẽ: causa hui⁹ est: qa tũc signat vltima debilitas in acutꝭ q̃ est signũ pessimũ: cũ tũc fiat pugna maxima iter vtutẽ ⁊ morbuz nisi fiat talis ꝑ viã crisis: qa tũc eẽt bonũ signũ: qa tũc signat apa futuꝝ iferi⁹ sub parte epatis ⁊ sub diaphragmate in ꝑtib⁹ inferiorib⁹ eo ꝙ mã est grossa ⁊ virt⁹ est fortis: iõ ꝑꝑ sui grossitiẽ nõ potẽs ꝑmisceri cum vrina: ⁊ tũc est idẽ cũ eo qð diĉ Hip. in. 2. ꝓno. Urina cruda clara ⁊ diuturna ⁊c. est signũ apatis futuri sub diaphragmate.

**¶ Et silr si hec in sanis ꝑmãserit ⁊ se nõ conuerterit ab eis signabit apa qð accidet illic vbi dolorẽ sentiũt. Et ꝺm plurimũ accidet eis vt cũ hoc in alchatin ⁊ in renibus dolorẽ sentiãt. Et significat aptitudinem ad apa. Or si dolor ⁊ grauitas vni membro ꝓprio non fuerint imo sunt cões significabit bothor ⁊ variolas ⁊ apata que corpori erunt cõmunia. Tenuitas quoq3 vrine in crisi sine ordine recidiuationẽ pronosticatur.**

¶ In ꝑte ista ꝯhit ad aliã dispõnẽ. Sz nota ꝙ nõ appellat hic corpora sana que sũt ꝑfecte sana: qa in eis nõ appet vrina tenuis sed mediocris: s3 appellat hec large ꝓ omni dispõne que non est actu eg^a sic sunt corꝑa neutra: ⁊ qa neutrũ est 2^x. s. cõualescẽtie ⁊ decidẽtie: iõ de vtroq3 põt intelligi ita ꝙ in neutro decidẽtie significat egritudinem in neutro cõualescẽtie significat recidiuam.

**¶ Urina ãt multũ spissa ꝺz pl3 signat maturatiõis ꝓuationẽ ⁊ ꝺz min⁹ humoꝝ grosse subẽ maturationẽ. Erit ergo in statu humorosaꝝ febriũ ⁊ in aꝑtione apatum.**

¶ Hic docet significare ꝑ vrinã spissam. Et p^o in gñali. Scðo ꝯhẽdo ipsam ad determinatas dispões. ibi (Et plurimũ quidem.)

Dubiũ 3^m ¶ Sed dubitabit aliqs. vtrum hec vrina significet ꝓuationez digestionis. Et arguitur ꝙ non. qa contrarioꝝ effectuũ contrarie sunt cause: sed vrina tenuis significat ꝓuationez digestionis vt dixit supra: ergo vrina grossa valde significat pñtiaz digõnis. ¶ Preterea illa vrina que significabat bonitatẽ expulsiue nõ significat ꝓuationem digõnis: sed vrina multuz grossa est hmõi: igit ⁊c. Maior p3: qa expulsio requiritur ad digestionẽ. minor appet: qa vrina multum grossa

tum grossa nõ potest expelli nisi a ṽtute forti. ¶ Preterea illa vrina in qua est mixtio multa in substãtia non significat ꝑuationẽ digestionis: hoc est hic. ergo ⁊c̃. Ma. appet: q̃a digestio ꝓcedit ꝑmiscẽdo ⁊ inspissando. Mi. appet: q̃a nõ est spissa nisi ꝓpter multam admixtionẽ hu. ¶ Dõm ꝙ hec vrina spissa vtplurimũ significat ꝑuationem digestionis: q̃a cuz digestio sit operatio nãlis perducet vrinam ad sbam nãlez: hec autẽ est substãtia mediocris iter grossum ⁊ tenue: quare ⁊c̃. ⁊ ideo superflue grossa ⁊ sup̃flue tenuis significat indigestionẽ. ¶ Sz iteruz tu dices: q̃a Aui. ipse dicit ꝙ aliquãdo hec vrina significat digestionẽ humoꝝ grosse substãtie: nõ videt᷑: q̃a digestio semper perducet ad sbam mediocrem cum sit operatio nãlis. Dico ꝙ Aui. dicit hoc vt ostẽdat ꝙ in materia valde grossa sufficit ad eius digõnez aliqua degrossatio: ⁊ non opz ꝙ semper perducat ad sbam mediam simpl'r: sed sufficit ꝙ sit reducta ad aliqualẽ tenuitatem: nã aliter requirit᷑ digestio in sba mediocri ⁊ aliter in subtili ⁊ aliter in grossa sicut diuersificant᷑ humores in eoꝝ sba: q̃a aliqui sunt grosse substãtie nãliter aliqui subtilis ⁊ aliqui mediocris: ita ꝙ ad digestionẽ humoꝝ subtiliũ sufficit pro signo vt nebula appareat natans: in grossis ṽo ꝙ in fundo sit descẽdens ⁊ subsidens: ⁊ in mediocrib⁹ vt sit pendens: ⁊ ideo non opz vt in materia multum grossa attendat᷑ digestio in sba sic ꝙ ꝑmutet᷑ ad mediocritatẽ simpl'r sed respectu grossitiei. ¶ Tunc ad rõnes in oppositum. ¶ Ad primũ cum dr̃ cõtrarioꝝ effectuum ⁊c̃. cõcedat᷑ ꝙ cõtrarie sunt cause imediate sed de causis mediatis et cõibus nõ opz: imo ab eadẽ cõmuni possunt ꝓcedere ꝯtraria sicut est in ꝓposito: q̃a tam multum grossa q̃ multum tenuis fit ab indigestione: tñ grossa est cum turbiditate: subtilis autẽ nõ. ¶ Ad aliũ dicẽduz ꝙ hec vrina multũ spissa non accidit ꝑꝑ multã cõmixtionem factã a digestione ⁊ fortitudine virtutis: sed ꝓpter ebullitionẽ factã a calore extraneo. ¶ Subdit vlterius ꝙ hec vrina erit bona significatio in statu feb. putride: nã in statu complet᷑ digestio: ⁊ q̃a digestio est actio perducens ad spissitudinẽ: ideo talis vrina in statu est bona: q̃a significat bonũ. s. digestionẽ ⁊ fortitudinez nature. Item est bona in a͞patibus: q̃a significat ꝙ natura expellit materiam a͞patis que permixta cum vrina facit ipsam spissam.

¶ Et plurimũ q̃dẽ qδ in acutis significat egritudinib⁹ est maluz. Verũtñ tenuitatis durabilitas plus significat malũ. Spissitudo nãq; quãdã significat digõnez q̃ quidẽ sube ꝯfert in eo ꝙ digestionẽ sigñat ⁊ ꝙ virtus expellẽdi hz potẽtiaz est id in quo fiducia habet᷑. Et iquãtũ materiei significat corruptionez ⁊ eius multitudinẽ ⁊ maturationis ꝓhibitionẽ separãtis ad fundum descẽdẽtis significat malũ. Quid aũt sit illud qδ inter duas res superãtius est cognoscit᷑ ex eo qδ post eã aduenit ex requie: aut succedit ei ex debilitatꝭ augmento. Et vrinaꝝ q̃dẽ spissaꝝ in febribus sanior existit illa de qua multũ subito euacuat᷑. Illa ṽo que paulatim euacuat᷑ multoꝝ humoꝝ est significatiua ⁊ debilitatꝭ virtutis: ⁊ post illã q̃dem que vtilitatem affert sequit᷑ mediocris vrina simul cum requie. Cum autẽ tenuis vrina in acutis egritudinib⁹ ad spissitudinem conuertitur postq̃ nõ aduenit requies significat liquefactionez.

¶ In ista ꝑte docet significare in spãli ꝑ vrinã spissaz ꝯhẽdo ipsam ad spãles dispõnes: ⁊ tria fac̃ sicut ꝯhit ipsaz ad tres spãles dispositiões. 2ª ibi (Cũ aũt tenuis vrina.) 3ª ibi (Cũq; in sano.)

¶ Cũq; in sano vrina perseuerauerit spissa ⁊ in ꝑte capitis dolorez senserit ⁊ conquassationẽ indicabit ei febrez. Est tñ cũ hoc est ex superflua expulsione aut aꝑtione cuz vlceribus in partibus viarum vrine. Nõ autem subtilitas ⁊ spissitudo vtreq; maturationis significant priuationem: nisi quia maturationem substantie comitat᷑ mediocritas. Spisse ergo maturatio est vt digerendo ad tenuitatem mutetur. Et tenuis maturatio est vt coquendo mutetur ad spissitudinem.

¶ Hic contrahit vrinam ad tertiam specialem dispositionem vel conditionem. ¶ Nota ꝙ hic accipitur sanum large: ꝓut dicitur ꝑ sano conualescentie vel decidentie.

¶ Amplius vrina spissa queadmodum prius diximus qñq; est clara ⁊ translucens quãdoq; est turbida.

¶ Postq̃ Aui. docuit significare per vrinã ꝑncipal'r ex ꝑte sbe: hic docet significare per vrinã ꝑncipal'r ex ꝑte claritatis ⁊ turbulẽtie vt simul ꝯiũgit᷑ cũ eis ẽt sba vrine: ⁊ duo facit. Prio facit h̃ qñ vrina est solũ clara vel solũ turbida. Scd̃o facit qñ sil' ꝯiungit᷑ turbulẽtia ⁊ claritas in diuersis tñ ꝑtib⁹. ibi (Ampli⁹ ṽo debes atẽdẽ.) Pria in duas. Prio ꝑmittit diuisionẽ quãdã in vrina spissa q̃ dz ẽt intelligi. Scd̃o exequit᷑ de sigñatis illius diuisionis. ibi (Verũtñ inter spissam.) ¶ Juxta qδ nota ꝙ sicut ponit diuisionem in vrina spissa: ita dz ẽt intelligi in tenui: nã clarũ ⁊ turbidũ differt a tenui ⁊ spisso: ita ꝙ nõ oẽ tenue est clarũ: nec oẽ turbidũ spissuz: sed tenue põt esse turbidum ⁊ spissuz clarũ: sed q̃a hec diuisio notiori modo apparet in spissa q̃ in tenui: ideo magis de ipsa explicauit.

¶ Verũtñ inter spissam translucentem ⁊ tenuem existit differẽtia: qm̃ spissa trãslucẽs cũ motu inundat᷑ nõ fiũt ꝑtes ipsius inundate multũ ꝑue: imo magne in ea accidũt: vñ ⁊ ei⁹ mot⁹ sunt tardi: ⁊ cũ spumat fit ei⁹ spuma multaꝝ ampullaꝝ: ⁊ ipsi⁹ ampulle nõ cito rũpuntur.

¶ Hic exequit᷑ de significatꝭ hui⁹ diuisiõis. Et q² vrina spissa trãslucens ⁊ vrina tenuis vident᷑ multuz ꝯuenire. ꝑͦ assignat dr̃iam inter spissam ⁊c̃. Scd̃o docet significare ꝑ ipsaz. ibi (Et q̃ q̃dẽ.) ¶ Juxta qδ nota ꝙ causa istaꝝ q̃tuor cõditionũ vrine spisse trãslucentꝭ põt eẽ hec: q² talis vrina nõ est nisi ex admixtiõe hu. grossi trãsparẽtꝭ: talis aũt humor nõ est nisi flegma vitreũ qδ assimilat᷑ vitro liq̃facto in sba: q² viscosus ⁊ grossus sic̃ vitrũ: ⁊ in colore: q² est trãsparẽs sicut vitrũ: qñ ꝰ tale flegma mouet᷑ ꝑ vriale ei⁹ vñ sũt magne: q² cũ sit grosse sbe nõ ẽ diuisibilis in ꝑtes ꝑuas: sic̃ videm⁹ in oleo cui⁹ vnde qñ ꝯcuteret᷑ in aliq̃ vase eẽnt magne ꝑꝑ grossitiẽ ⁊ viscositatẽ ei⁹: q² non põt subingredi aer ⁊ diuidere ꝑtes ꝑuas in subtiles. Scd̃a ꝯditio ꝑ quã differt a tenui est: q² ei⁹ mot⁹ sunt tardi: cuius cã est: q² grauitas ⁊ materie grossities est inepta ad motũ: sed subtilis vrina est velocis mot⁹: q² cito diuisibilis ⁊ leuior. Tertia dr̃ia est: q² in vrina grossa trãsparẽte apparent multe ampulle qñ ꝯcutit᷑: q² spuma ⁊ ampulla creat᷑ ex ꝑmixtiõe vẽtositatꝭ cũ sba vẽtosa: q² ꝰ ꝯcutit᷑ tũc itercidit aer ⁊ retinet᷑ sicut appet in cõmento 43. 2. partic. illi⁹ afoꝛ. Strãgulatoꝝ ⁊ dissolutoꝝ ⁊c̃. Quarta est q² vrine grosse trãslucentis est mã grossa cruda ⁊ viscosa: ⁊ ideo ampulle gñate in ea ꝓpter tenuitatẽ materie disrũpunt᷑: sz q² in subtili est mã tenuis: ideo aer inclusus in ampulla diuidit ipsam cito ⁊ destruunt᷑ ampulle cito sicut contingit in aqua subtilis sbe.

¶ Et que quidem huiusmodi existit ex flegmate generatur nõ bene digesto: aut cholera vitellina si est in ea tinctura ad citrinitatem trahens. Et si tinctura nõ est in ea significat flegmatis vitrei resolutionẽ: ⁊ hoc q̃dẽ in epilepticoꝝ vrinis multum existit.

¶ In ꝑte ista Aui. deter. de significatis vrine clare ⁊ turbide. Prio vt cõiungit᷑ cum sba spissa. Secũdo vt coniungit᷑ cuz tenui. ibi (In tenui aũt.) ¶ Juxta qδ notãdum circa partẽ ꝑͦmam ꝙ q̃daz littera hz ex flegmate bene digesto: sed hec est mala: q² cum hec vrina sit spissa ex permixtione flegmatis vitrei qδ est maxime cruduz ⁊ indigestũ: ideo non dz dicere bñ digesto sed nõ digesto: ⁊ ideo dicit ꝙ si hec vrina habeat tincturã trahentẽ ad citrinitatẽ: tũc significat ꝙ sit a cholera vitellina que fit ex cho'la ꝑmixta cuz flegmate vitreo ⁊ trãslucet ad modũ vitelli oui: ⁊ subdit ꝙ si in ea nõ sit tinctura fit ex liq̃factiõe flegmatis vitrei: ecce ꝙ manifeste vult ꝙ sit ex flegmate vitreo ꝙ nõ sit bene digesta sed maxime cruda.

¶ In tenui autẽ in qua multa existit tinctura scitur tincturam non esse propter digestionem. Alioquin digestio in primis non magis operatur substãtiaz q̃ coloris permixtionez: ꝓpria nãq; digestionis operatio est substantiam efficere deinde ipsaz tingere. Et digestio quidem in substantia melior est q̃ in colore.

¶ Hic docet significare per vrinã clarã vt cõiungitur cũ sba subtili ⁊ tenui. Primo quãdo apparet cũ colore vniformi. Secundo qñ cum diffoꝛ. ibi (Cũ aũt vrinã videris.) Tertio qñ cõiungit᷑ cũ hypostasi. ibi (Et si tenuis fuerit.) Prima in duas. Primo facit qδ dictũ est. Secundo concludit correlarium ibi (Et ꝓpter hoc.)

¶ Juxta ꝑͦmaz partẽ dubitat ꝑͦ aliq̃s: q̃a videtur esse cõtradictio in textu. nã hec lr̃a: alioq̃n digestio in ꝑͦmis: mag̃ operaret᷑ in sbam vrine q̃ in ꝑmixtionẽ coloris: ita ꝙ vr̃ hr̃e ꝑ incõuenienti ꝙ ꝑͦ debet᷑ digestio sbe vrine q̃ colori: postea statim subdit ꝯriuz hui⁹ ex-

Dubᵐ 4ᵐ

presse: qa digestio dicit ꝙ p̄ma operatio digōnis est efficere sbam
vrine: deinde ipsaꝫ tingere. ¶ Ad hoc dicūt qdam ꝙ sine dubio lr̄a
prima est valde extranea: ⁊ ideo opꝫ ponere alioquin ꝓ qa: ⁊ tunc
sic exponēdo nō discordāt: ⁊ hoc est veꝝ: qa digestio in p̄mis magꝭ
operaꝛ in sbam q̄ꝫ in colorē: qa dato ꝙ nō: tūc qn̄ eēt colorata co-
lore cōuenienti qūocūqꝫ eēt disposita sba vrine eēt digesta qd̄ fal-
sum est. Alio mō pōt dici sic̄ sonat: ⁊ hoc pōt 2r eē. Uno° ꝙ hic d̄fi
cit vnū nō: qa deberet dicere alioqn digestio in p̄mis nō magꝭ ope
ratur in sbam: quare ⁊c. ⁊ tūc est planum. Uel aliter exponēdo ly
alioqn. sicut stat: ⁊ tūc opꝫ trāsponere v̄ba vt dicamus alioqn di-
gestio magis operaretur in permixtione coloris q̄ꝫ in substātia: et
ideo cōtingit ⁊ ꝓ ergo digestio in substantia quidem ⁊c.

Dub. 5m ¶ Queranꝛ hic p̄ duo: qa hic ponere videꝛ Aui. ꝙ tinctura aliqn̄ ē
per digōnez: queraꝛ vtrū color possit dari vrine alicui aliter q̄ꝫ per
cōmixtionē. Et vr̄ ꝙ sic per Aui. 4. cañ. fen. 86. de iudicijs sumptis
a colore vrine. vbi dic̄ ꝙ rubedo ⁊ nigredo est in vrina ex vehemē
tia cal'itatis: ꝫ ꝑ solā alterationeꝫ poterit alterari. ¶ In oppo^m est
Gal. p̄ de crisi. ca. 12. vbi vult ꝙ color causaꝛ in vrīa per cōmixtio-
nē hu. chol'ici vel sani. san. ¶ Ad h̄ dōm breuiter lꝫ qdaꝫ de hoc fa-
ciant magnū laberintū: sed veritas ꝯsistit in paucis: dico ꝫ ꝙ no-
mine vrine pn̄t duo significari: aut enī noīat aquositatē solaꝫ: aut
noīat illud qd̄ est cōmixtū ex aquositate ⁊ sba humorali: tūc dico
ꝙ p̄ma est impropria noīatio: qa vrina ꝓprie loquendo est qd̄daꝫ
mixtū. dico ergo ꝙ p̄ mō accipiēdo īpossibile est ꝙ detur ei color
sine cōmixtiōe cū sba humorali vel sba ꝓportionali hu. Cuius rō
est: qa vrina vt est sola aquositas est corpus diaphanū trāsparēs:
color est passio corpis mixti terminati per opacū terrestre: cuꝫ ꝫ
aqua nō sit corp⁹ mixtū sed simplex: nec sit terminatū ⁊ opacū de
se sed trāsparēs: iō de se īpossibile est ꝙ vrina vt noīat solā aq̄sita
tem sit colorata per alterationē sꝫ solū ꝑ admixtionē rei colorate
cuiusmodi sunt humores: si accipiaꝛ vrina 2° mō. s. pro aggregato
ex aquositate ⁊ sba humorali: dico ꝙ possibile est ꝙ humor q mi-
sceꝛ cū vrina ⁊ ipsam reddit coloratā altereꝛ ad maiorē caliditatē
quā hꝫ ⁊ magis tūc colorabiꝛ. Itē h̄ est possibile sm nām qd̄ appa
ret: qa sicut vult Gal. 3. de virtutib⁹ nālib⁹. c. 12. expulsio nō accidit
nisi donec illd̄ qd̄ dꝫ expelli īgerat aliqd̄ nocumētuꝫ expulsiue: vn̄
vrina nō expelliꝛ a vesica donec ex mora ei⁹ in vesica acqrat aliq̄ꝫ
qualitatē horridā ⁊ acutā per quā stimulās vesicā moueꝛ ad eius
expulsionē tāq̄ꝫ alicuius nociui: si ꝫ accidat ꝑmutatio in vrina exi-
stēte nāliter in ꝓprijs vasis: ⁊ non cōtingat hoc ex ꝑmixtiōe: qꝛ in
vesica nō fit mixtio cū vrina: ꝫ multo fortius poterit acqrere colo
rem ex alteratione illa: quare ⁊c. Ex his patet ad rationes.

Dub. 6m ¶ Scd̄o queriꝛ. vtrū digestio opeꝛ prius in vrina sbam q̄ꝫ colorem
an ecōuerso ⁊ vtrū seiuicē consequanꝛ. Et arguiꝛ ꝙ digestio opeꝛ
prius in colore q̄ꝫ in sba aucto. Auicē. supra. vbi dixit ꝙ si fuerit te-
nuitas in vrina sign̄at ꝙ iā incepit: sed nō appet in sba: ergo videꝛ
īnuere ꝙ prius operetur in colore q̄ꝫ in substantia.

Dub. 7m ¶ Dubitaꝛ vlterius. vtrū seinuicem cōsequanꝛ sil' digestio in sba et
digestio in colore: ita ꝙ oīs vrina digesta in sba sit digesta in colo-
re ⁊ ecōuerso. Et arguiꝛ ꝙ sic. qa illa que causanꝛ ab eadē cā ad se
inuicē ꝯsequunꝛ: sed digestio in vrīa cū colore est hmōi. ꝫ ⁊c. Ma.
nota est. mi. appet: qa tā sba q̄ꝫ color in vrina causanꝛ ex ꝑmixtiōe
debita in vrina. q̄re ⁊c. ¶ In oppo^m huius arguiꝛ. qa si possibile est
ꝙ vrina habeat mediocritatem in sba absqꝫ eo ꝙ habeat medio-
critatē in colore iter rubeū ⁊ clarū ⁊ citrinū tinctū nō semꝑ seiui-
cem ꝯsequunꝛ: sed possibile est ꝙ habeat vrina ⁊c. ꝫ nō semꝑ ꝑ se-
inuicē ꝯsequunꝛ. Ma. pꝫ: qa digestio perducit ad mediū vt dictuꝫ
est supra: si ꝫ erit mediocritas in colore ⁊ nō in sba vel ecōuerso:
tunc alteꝝ poterit eē sine altero. Mi. apparet: qa nihil ꝓhibet ꝙ
sba sit mediocris ⁊ nō color ⁊ ecōuerso ⁊c. ¶ Ad hoc dōm sic̄ etiaꝫ
al's de hoc tactum fuit supra ꝙ digestio pōt accipi dupl'r. Uno° ꝓ-
prie. s. pro alteratione que vere est digestio que fit per cōmixtio-
nem humiditatū cum sba vrine. Alio° pōt accipi large pro oī alte-
ratione que pōt fieri in vrina versus dispōnem nālem: tūc dico si
accipiatur digestio large ꝓ alteratione nō est incōueniens ꝙ dige
stio prius incipiat in colore q̄ꝫ in sba. Et hoc mō loquebaꝛ Aui. sup̄
de vrina ignea: qa si remittatur talis vrina in colore significat di-
gestionem aliquā. s. colorem p̄ter nām aliqualiter diminutuꝫ ⁊ su
perari a nā. Si autē loquemur de digōne ꝓprie sm qd̄ dicim⁹ ali-
quid ꝓprie digeri: hoc pōt intelligi dupl'r: aut enī loquimur de di-
gestione que debeꝛ vrine sm nām vt ipsa est simplex nāliter: aut
de ea que non est simplex natural'r. Simpl'r nālis vrina est que fit
in corpore hn̄te sm se nām: nō naturalis aūt simpl'r est sm qd̄ di-
cimus ꝙ in corpe febriente est digestio vrine ⁊ aliarū superfluita
tum: tūc dico ꝙ si loquamur de digestione simpl'r naturali p̄us est
digestio in sba q̄ꝫ in colore prioritate simpl'r. Secundo dico ꝙ sil'
fiunt in tempore ita ꝙ simul in tempore causatur substantia vri-
ne ⁊ color. Ratio primi est: qa digestio est operatio que ꝓprie de-
betur substātie ⁊ in ꝓprie accidenti: cuius ratio est: qa eius ꝓprie
est digeri cuius est ꝓprie cōmisceri: hoc autē est ad corpulentum:
ergo cū sba vrine sit talis ⁊ nō color: ideo ꝓprie ⁊ simpl'r p̄us ope-
ratur digestio in sba q̄ꝫ in colore. Itē hoc appet de digōne nō sim-
pliciter nāli ꝙ p̄ etiā sit in sba q̄ꝫ in colore: qa id digeriꝛ ꝓprie isto
mō qd̄ p̄paratur ad expulsionē nature: sed sba est hmōi ⁊ non co-
lor. ideo ⁊c. Rō secūdi. s. ꝙ sint simul tēpore est illa que supra fuit
adducta: qa que ab eodē agente ꝓcedūt vt sic simul fiūt: sed color
⁊ sba sunt hmōi. ꝫ ⁊c. Et ideo dicit hic Aui. ꝙ ꝓpria p̄ncipalis ope
ratio digōnis est efficere sbam. si autē loquamur de vrina que re-
peritur ꝓprie in corporib⁹ non se hn̄tib⁹ sm naturā: dōm ꝙ in ta-
libus sm nām contingit ꝙ digestio sit in sba ⁊ non in colore ⁊ ecō-
uerso: ⁊ ex hoc apparebit sol'o illius qōnis siue dubitationis scd̄e:
nā possibile est ꝙ in talib⁹ appeat digestio in sba: vtputa ꝙ vrina
habeat mediocritatē in sba quā dꝫ habere: eo ꝙ digestio in talib⁹
fit per admixtionem hu. peccātis cū vrina. mō possibile est ꝙ hu-
mor peccans sit in isto corpe: ita ꝙ reduceꝛ ad sbam mediaꝫ: ⁊ tn̄
color eius nō erit mediocris sed remissus valde ⁊ alb⁹. Itē possibi
le est ꝙ humiditas cholerica sit peccans in corpe: ⁊ ꝙ dū digereꝛ
tendet a subtilitate versus mediocritatē sbe ⁊ erit intēsa in colo-
re: ⁊ sic erit in sba digesta ⁊ nō in colore. Itē pōt eē econuerso. s. ꝙ
appet digestio in colore ⁊ nō in sba; qa si abūdet chol'a subtilis et
citrina possibile est ꝙ ꝑmisceaꝛ cū vrina: ⁊ erit ibi digestio in colo
re: ⁊ dato ꝙ nō sit in sba sil'r est possibile ꝙ humor peccans sit fle-
gma ꝫssuꝫ cui admisceꝛ aliqd de chol'a adusta: ⁊ tūc appebit digō
in colore vrine. Et ex his appet ad rōnes: qa ꝓcedūt vijs suis.

¶ **Et ꝑꝑ hoc cū vrina tenuis in acuta egritudine ꝑseue
rat significat malum: ⁊ ꝙ virtus digestiua est sopita.**

¶ In p̄te ista cōtigit correlariū ⁊ dicit: ita dc̄m est ꝙ digō in sba est
melior q̄ꝫ in colore: ex hoc sequitur ꝙ vrina tenuis ⁊c.

¶ **Cum auteꝫ vrinam videris tenuem in cuius partib⁹
rubedinis ⁊ citrinitatis fuerit diuersitas: laborem co-
gnosces inflammantem.**

¶ In ista parte Auicen. docet significare per vrinam claram quā-
do ipsa apparet cum colore diaphano ⁊c.

¶ **Et si tenuis fuerit fuerintqꝫ in ea res que sunt sic̄ fur-
fures egritudine in vesica non existente: signū erit hoc
esse propter flegmatis adustionem.**

¶ In parte ista Auic. docet significare per vrinam claram quando
ipsa ꝯiungitur cum hypostasi ⁊ dicit: ꝙ si talis vrina fuerit tenuis
Fricatio alia eſt dura que extēdit vel īſpiſſat: alia eſt mollis q̄ laxat: ⁊ alia eſt multa q̄ macreſcere facit: ⁊ alia eſt tēperata que īgroſſat. Cūq3 hec cōponent ꝓuenient paria nouem. Et eſt ēt fricatio que eſt aſpera. ſ. cū pānis aſperis que ſanguine3 ad exteriora velociter trahit: ⁊ alia eſt lenis cū palma: aut cū pānis lenib⁹ que ſanguinem ꝯiūgit ⁊ ip̄m mēbro cōtinet. Qđ autem ex fricatione querit eſt corpoꝝ raroꝝ inſpiſſatio ⁊ molliū īduratio ⁊ ſpiſſoru3 rarificatio ⁊ duroꝝ mollificatio. Eſt p̄terea p̄paratio nis fricatio que eſt anteꝙ̄ exercitiū ⁊ īcipit fieri ſuauiter: que cū volūtas ſurgēdi adeſt ſtringit ⁊ īdurat. Et eſt fricatio reductionis que eſt poſt exercitiū: ⁊ vocat etiā fricatio qeſcere faciens: ⁊ qđ in ea intēdit eſt ſupfluitatū in muſculis retētarū reſolō ex eo ꝙ per exercitium nō euacuatur vt vaporet ⁊ nō accidat fatigatio. Et op3 quidem vt hec fricatio molliter ⁊ ſuauiter fiat. Sed que ex ea melior ē: eſt p̄ma que eſt cū oleo que cū duritie ⁊ groſſitie ⁊ aſperitate faciēda nō eſt: qm̄ membra inde exaſperant ⁊ pueri ab augmēto ꝓhibent: ſed in adoleſcētib⁹ eſt eius īpedimētū minus. Q² ſi in fricatione ꝯtingat error qui ad partē duritie declinet eſt ſanior errore qui ad mollitiei partē declinat: qm̄ fortem reſolōnē facilius eſt corrigere ꝙ̄ molli fricatiōe ad recipiēdū corruptionē preparare: l3 fricatio dura ⁊ aſpera cū ſupflua fuerit in corꝑe pueroꝝ ipſos creſcere ꝓhibeat. Et tu qdē nunc īuenies poſt apud rememorationē hore fricationis ⁊ ꝯditionum ipſius. Uerūtñ in hac hora reductioni declarationē addemus. Dicem⁹ itaq3 ꝙ ipſa ꝓ certo eſt ac ſi eſſet altera ꝑs exercitij in qua cū oleo incipiēdū eſt ⁊ fortitudie: deinde cū ea ad mediocritatē eſt declinādū: neq3 diu3 in ſua exiſtit fortitudie eſt dimittēda. Et melius qdē eſt vt priuſꝙ̄ dimiſerit multe ſuꝑ eā ꝯiungant manus. Fricatio p̄terea mēbra ſua fricata poſt fricationē extēdere d3 vt ab eis ſuperfluitates expellant ⁊ faſciā ſumat que ad partem mēbroꝝ oīum ipſis extenſis ꝓcedat: ⁊ quanto plus poterit ſuum ꝯtineat anhelitū ⁊ p̄cipue cu3 muſculi ventris laxi fient ⁊ pectoris muſculi ſi facile fuerit extēdētur: poſtea etiā muſculi vētris in fine rei paꝝ extēdantur vt īteſtina inde aliquā habeant reductionē ⁊ inter hoc ⁊ hoc eat ⁊ ſe ſupinū proijciat: ⁊ ſuos pedes pedibus ſui cōparis cōmiſceat. Exercitiū v̄o excellētes aerem iter ſua continent exercitia: ſ3 tñ reductio qñq3 in medio īterponit exercitio. Ip̄m nāq3 dimittit ⁊ deinde ad ip̄m reditur ſi ꝓlōgādi exercitiu3 volūtas affuerit. Nō autē multa indiget fricatione cū oleo q vult reductionē niſi ī ip̄o diſpoſitio fuerit que ſibi nō placet ⁊ niſi nō reductionem querat: ꝙ ſi fatigationem ſenſerit oleo inungat ſicut noīabim⁹: ⁊ ſiccitate3 ſi ſenſerit fricatio augmentanda erit donec ad equalitatem perueniat. Fricatio preterea quandoq3 iuuat ⁊ fortis compreſſio cum tempus eſt dormiendi: quonia3 corpus alleuiat ⁊ humiditates ad iūcturas ꝓhibet fluere.

¶ Prius determinauit de exercitio: hic determinat de annexis. Et q² hec ſunt duo. ſ. fricatio ⁊ balneu3. P̄rio determinat de p̄. Scđo de ſecūdo. ibi in ſequēti cap̄. (Huic aūt.) P̄ria in duas. Nā p̄ dēterminat de regimine per fricationē abſolute ꝯſideratā. Et ſecundo reſpectiue cōſideratā. ibi (Eſt p̄terea.) Et hec in duas. Nā p̄ determinat de fricatione relata ad exercitiū. Scđo relata ad ſomnum ibi in fine (Fricatio p̄terea.) Prima in duas. P̄rio diſtiguit duas ſpēs fricationis relatas ad exercitiū. Scđo eas declat. ibi (Et op3 quidē.) Et hec in duas. Nā p̄ declarat p̄paratoriā. Scđo reductoriā. ibi (Uerūtñ.) Et hec in duas. P̄rio dat intētionē ſua3 circa h̄. Et ſecūdo exequit ſtatim. ibi (Dicemus.) Et hec in duas. Nā p̄mo

declarat fricationem reductoriam fiētem post exercitium moderatum. Secūdo declarat eaȝ fiētē in medio vel post exercitiuȝ excedens. ibi (Exercitium vo.) Et bene nota istas diuisiones que taȝ ordinate sunt: ⁊ tamē apud aliquos inordinate sunt: ⁊ est capitulum inordinatum: ⁊ ſm illud ignoratur sententia eius.

Dubm pm ¶ Sed dubitatur. q̄ꝛ videt defectiue posuisse differētias simplices fricationis: q̄ꝛ Auer. 6. collʒ. ca. 3. ponit fortē ⁊ debilē ⁊ mediam inter illas. Itē hic non ponit mediam inter durā ⁊ mollem. Itē nec ponit paucam. Itē videtur supfluitas: q̄ꝛ ſm Gal. 2. de regi. sani. ⁊ Auer. cap. 3. idē est fricatio dura ⁊ aspera: ⁊ ideȝ est mollis ⁊ lenis: cum ergo dixisset de dura ⁊ molli supfluum fuit addere de aspera ⁊ leni. Itē etiam ratione idē satis pȝ. s. ꝙ sint ideȝ: q̄ꝛ asperitas est inequalitas ſm duruȝ corpus vt dr̄ in. 3. thegni. cō. 52. ¶ Dico ꝙ sine dubio ſm verū intellectū sunt drīe simplices. 3. a parte q̄litatꝭ: ⁊ 3. a pte quātitatis. a parte qualitatis sunt iste. 3. que sunt ideȝ realiter: sed differūt solum ſm nomē ⁊ ſm rationē. s. dura ⁊ mollis et media: aspera lenis ⁊ media: ⁊ debilis ⁊ fortis ⁊ media: oēs iste. 3. realr̄ sunt idē ⁊ omnes sunt a parte qualitatis. Auer. tñ solum nominat fortē debilē ⁊ mediaȝ. Aui. aūt hic noīat ⁊ durā ⁊ asperā cū suis oppositis ⁊ medijs. ⁊ dico ꝙ illa nō differūt nisi ſm rōnem: q̄ꝛ dicitur fortis inquātū ipsa fit cū conamīe virtutis eius qui fricat ſm ꝙ nos ēt superius dicebamus exercitiū esse forte: sed pōt ipsa dici dura vel aspera a re cū qua fit: lȝ enim oīs aspera sit dura: tamen oīs dura nō est aspera: ⁊ ideo sic potuit sepāre durā ab aspera. ⁊ per hoc tūc iā pȝ rñsio ad primū de Auer. q̄ꝛ ille sunt idē cum istis: ⁊ iō nō fuit defectiuus. ¶ Ad aliud ꝙ nō posuit illā mediaȝ. s. inter durā ⁊ mollē: dico ꝙ in eo qđ dicit: ⁊ alia est tēperata: intellexit mediā īter durā ⁊ mollē ⁊ īter mltā ⁊ paucā. ¶ Ad aliđ ꝙ eēt supfluitas. Rñdeo ꝙ pōt eē diuersificatio q̄tū ad res cū qb' fiūt.

Dubm 2m ¶ Ulterius dubitat de cōpositis q̄uo sint. 9. Dico ꝙ ꝓueniūt. 9. accipiēdo sex simplices. s. a pte quātitatis. s. multa ⁊ pauca quā ipse in lrā dat intelligi ⁊ media īter illas: alie tres sūt a pte qualitatꝭ. accipiamus. s. dura mollis ⁊ media nō curem' de alijs noībus: q̄ꝛ sunt idē vt dcm̄ est. mō tunc si cōponamus illas. 6. drīas simplices ⁊ ratione quantitatis ⁊ qualitatis adinuicem erūt spēs cōposite. 9. q̄ꝛ cōponamus p̊ solū cū dura multā paucā ⁊ mediaȝ: sic ḡ habem'. 3. cōpositas. s. durā multā: durā paucā: ⁊ duram mediam inter illa. ⁊ similr̄ etiam componetis mollem cum istis eisdem. 3. ⁊ habetis alias. 3. ⁊ similr̄ etiam compones mediam inter duram ⁊ mollē cū illis alijs eisdem: ⁊ sic etiaȝ habetis alias. 3. sed ter tria sunt. 9. ⁊ iō erunt in summa differentie composite. 9. ſm modum dictum.

Dubm 3m ¶ Itē postea dubitat de effectib'. nō vr̄ ꝙ dura extēdat: imo magꝭ videt ꝙ mollis extēdat: q̄ꝛ molle extēdit ⁊ facit aliud extēdi sicut nos videmus qñ corrigia mollis extēdit: sicca aūt ⁊ dura non: ⁊ iō etiā durū nō extēdit: ⁊ cū fricatio dura īduret membra nō extēdet ea. Dico ꝙ ipsa nō extēdit sic ꝙ faciat mēbrū eē lōgius: queādmoduȝ ⁊ tu ꝓbas: sed extendit. s. q̄ꝛ facit stare tensum: nā ipsa fricatio dura indurat ⁊ īspissat mēbra: vñ illa postea remanent ⁊ stant q̄si tensa: vñ sic ipsa extēdit: ⁊ isto modo intelligit Aui. ⁊ nō primo.

Dubm 4m ¶ Ulteri' dices. nō vr̄ ꝙ ista fricatio īgrosset: q̄ꝛ nihil resoluens ingrossat mēbra: sed cū oīs fricatio resoluat: q̄re ⁊c̄. Dico ꝙ fricatio moderata ingrossat membrum: ⁊ ratio est: q̄ꝛ illud qđ multiplicat nutrimentum in membro: ⁊ etiam reddit ipsum aptū ad ꝯuersionē ingrossat mēbra: sed ista fricatio est hmōi: q̄ꝛ ipsa attrahit: ⁊ cū ipā sit moderata nō resoluit nisi supfluitates: q̄ꝛ si resolueret plus iā nō esset moderata: ⁊ tunc qđ tu dicebas pȝ ꝙ nō valet.

Dubm 5m ¶ Ulteri' dubitat de his ꝯ̄rijs effectib' quos ponit. s. ꝙ mollificat durū ⁊ īdurat molle ⁊c̄. nō vr̄ q̄ꝛ ab vno ī q̄tū vnū nō ꝓcedit nisi vnū vt habetꝭ ex alijs. Itē q̄ꝛ ab vna cā non ꝓcedit nisi vn' effect'. Dico ꝙ verū ē: sȝ fricatio nō fac̄ illa inquātum vna sȝ inquātum plures. ¶ Ulteri' ītellige ꝙ fricatio p̄paratoria sicut ēt superius dȝ eē in p̄n° debilis ⁊ in fine sui fortꝭ: sed reductoria dȝ eē ecōtrario. s. ī p̄n° sui fortis ⁊ in fine debilis. ⁊ rō hui' ē: q̄ꝛ semp in nā ⁊ sic ēt in arte dȝ eē mutatio gradata ⁊ paulatina ⁊ nō subita: vt ḡ p̄ma mutatio sit ꝯformis ad scđaȝ dȝ sic fieri. rō ēt noīs pȝ: q̄ꝛ cū supfluitates ille laxitudinē facerent: ideo ipsa dr̄ quiescere faciēs siue curatiua siue alio noīe reductoria: oīa eniȝ ista tria nomina idē significant.

Dubm 6m ¶ Ulterius dicit hic (vt hec molliter) dices hic ipse dicit ꝙ ista p̄paratoria ſm ꝙ tu exponis dȝ fieri cū re molli: supius aūt īmediate dixit ꝙ dȝ fieri cū re dura ⁊ aspera in eo qđ dixit ⁊ īdurat: ⁊ sic vr̄ directe sibi ꝯ̄dicere ⁊ dicere oppm illi' qđ dixit. Dico ꝙ ista debēt referri ſm Gal. ad diuersuȝ tp̄s ipsi' fricationis. s. p̄paratorie: nā preparatoria in sui p̄n° dȝ esse cum molli: in fine autē sui dȝ esse cū re dura: ita ꝙ intelligat illud qđ ibi dicit ꝙ illđ dixerit in sui fine: hic aūt intelligatur illud quantum ad sui principium.

Dubiū 7m ¶ Ulterius parū post statim dices vr̄ eē oppositū ei' qđ dicit. s. ꝙ facili' sit corrigere resolōnē q̄ȝ ⁊c̄. q̄ꝛ qñ sit fortis resolō dȝ restaurare ⁊ replere: qñ aūt sit mollificatio resoluere: ⁊ cū facilius sit destruere q̄ȝ cōstruere ⁊ īducere priuationē q̄ȝ habitū vr̄ ꝙ facili' sit illud aliud q̄ȝ corrigere resolōnē. Itē ēt cū fricatio dura cū ipā fiat cum re sicca īducit distēperātia sicca: cū aūt ipsa declinat ad mollitiē q̄ꝛ fiat tūc cū re humida erit ibi tūc discrasia humida: sȝ difficilius est remouere discrasiā siccā q̄ȝ humidā vt habetꝭ. i. 7. ¶ Itē dices ēt nec rō sua est ad ꝓpositū. ibi (Qm̄ forte) q̄ꝛ fricatio dura ⁊ inspissat ⁊ indurat: ⁊ q̄ꝛ vtraq̄ȝ illarū ꝓhibet resolōnē: mollis auteȝ facit resolōnē: ideo argues illđ post de molli ⁊ nō de dura. s. ꝙ debeat declinare ad mollitiē. Dico ꝙ nō bñ hic ītelligit nisi cōsiderādo dicta. G. q valde bñ declarat hoc idē. s. q̄re potius debeat inclinare ad duritiē. ⁊ rō hui' est multiplex. p̊ q̄ꝛ fricatio dura parūper mutat cutiȝ ad suā duritiē a sua dispōne nāli: mollis autē plus cutim ꝑmutata nāli dispōne. Itē q̄ꝛ cuȝ dura īdurat cutē: ⁊ sic fit fortior: ⁊ per ꝯn̄s min' nocet postea ab extrīsecis. Itē lȝ īquātū dura inspissat cutim teneant alique supfluitates: ipse tñ facilr̄ remouētur per exercitiū qđ postea sequit: sed mollis facit ꝯ̄rio: q̄ꝛ ipā resoluit multū ita ꝙ ēt humiditates bonas: exercitiū aūt qđ postea sequit nedū ꝙ illud dānū emēdet: imo ipm̄ adhuc magis augmentat ⁊ plus resoluit de eis: ⁊ tunc isto mō argumēta cōcedo q̄ꝛ non sunt cōtra. Itē dices vr̄ ꝙ exceptio ibi (Et nisi nō reductionē querat) cōtradicat p̊ qđ dicit qui vult reductioneȝ. Dico ꝙ opȝ dicere ꝙ reductio ibi accipitur equiuoce: quia primo accipitur pro reiteratione: ⁊ secundo accipitur pro reductoria vt patet.

Dubm 8m ¶ Sed dices ipsa debet fieri facta prima ⁊ secūda digestione: quia fit post exercitiū: sed quando est tp̄s dormiendi tunc est tp̄s digestionis: ita ꝙ fit ⁊ nō est facta: quare tūc non competit. s. in tēpore dormiēdi. Dico duplr̄. Uno modo ꝙ illa fricatio de qua hic loquit non est nec preparatoria nec reductoria de quibus ipse locut' fuerat: sed est quedam alia fricatio per se que bene potest tunc fieri: tu autem arguis de preparatoria ⁊ reductoria. Uel alio mō potest intelligi cū est tēpus dormiendi. s. cōpletū ita ꝙ isto mō fieret post somnū ⁊ añ nō. Et in hoc terminet sententia istius capituli.

## ¶ De balneo ⁊ nominandis balneis. Cap. 5m.

Hic aūt homini in cui' regimīe noster ꝯsistit sermo balneatio resolōnē faciēs nō est necessaria: qm̄ corp' ipsius est mūdū: ⁊ neq̄ȝ g balneo īdiget eget ipso nisi vt ab ipso hēat calorē subtilē ⁊ humiditatē tēperatā. Quapp isti in ipō nō multā debēt facere morā. Qꝛ si in fontē descēderint in ipm̄ ingrediātur quousq̄ȝ ipsarū rubet ⁊ inflatur superficies ⁊ in principio resolōnis ab eo remoueantur. Et aer in circuitu eorū aquā dulcem fundēdo humectet: deinde velociter lauent ⁊ egrediant. Opȝ preterea ne excitatus ad balneuȝ velociter ꝑgat donec ꝑfecte gescit. Balnearū vō dispōnes ⁊ earum cōditiones iā declaraui ⁊ in alio loco retuli. Uerūtñ qđ hic dicere debemus est ꝙ oēs balneandi ſm ordinem balnei casas ingredi debent: ⁊ neq̄ȝ in domo calida mouentur nisi ſm quātitatem que eis nocumētū nō inferat ⁊ regescē faciat ꝓpter superfluitatum resolōnem ⁊ corporis ad nutriens p̄parationē a debilitate ipm̄ custodiendo: et ab aliqua forti causarū febrium putridarū. Qui vō impinguari desiderat balneū post comestioneȝ igrediat si securus fuerit ne oppilōnes accidant. Et qui bene se custodire voluerit si calide fuerit cōplexionis oxymel bibat ꝓpter oppilōnum ꝓhibitionem: ⁊ si frigide fuerit cōplexionis diamētastrum sumat ⁊ diatrionpipereon. Qui autē vult resolōnem ⁊ macrefieri balneandus est dū est famelicus ⁊ ibi multū moretur. Sȝ qui sanitatem vult cōseruare balneum ingredi dȝ post q̄ȝ digestum est qđ est in stomacho ⁊ in epate: ⁊ si timet vt cholā ebulliat rubea si hoc fecerit ⁊ se ieiunus balneauerit ante balneationē rem sumere dȝ subtilē quaȝ comedat. Et qui vō calide existit cōplōnis cholera abūdās rubea hoc est ei necessariū ⁊ huius ab igressu do-

mus balnei

mus balnei caliditate ꝓhibēdus est. Ex eis autē quib⁹ isti cibātur melius est panis in succo fructuum infusus aut in aqua rosꝫ. Et se custodire debent ne rē frigidam actu bibāt i egressiōe balnei aut i balneo: qm̄ pori sunt apti: quare frigiditas non tardat quin ad mēbroꝝ pn̄cipaliū corpora ꝓcedat ꝛ ipsoꝝ corrūpat virtutes. Ab omni quoqꝫ re vehemētis caliditatis se custodire debēt: ꝛ precipue ab aliqua: qm̄ si eam sumpserint timendū erit ne cito ad mēbra penetret pricipalia ꝛ accidat ptisis ꝛ ethica. Preterea sibi caueant ne cito balneum egrediant ꝛ caput post ipm̄ discooperiāt ꝛ corpus ad recipiēdā frigiditatē exponāt. A balneo v̄o egredi debent si tp̄s fuerit hyemis: snis bn̄ cooperti pānis. Sed qui febrē hꝫ a balneo se custodiri opꝫ in hora febris: ꝛ qui solōnē hꝫ cōtinuitatis aut apā. Et tu qdem iā scivisti ex eo qđ precessit ꝙ balneū est calefaciēs ꝛ infrigidans ꝛ humectās ꝛ desiccās ꝛ iuuās ꝛ impediēs. Et eius qdē iuuamēta sunt somnū facere ꝛ aperire ꝛ abradere ꝛ resoluere ꝛ digerere ꝛ nutrimētū ad cutis sup̄ficiem attrahere: ꝛ ipsius iuuamētū nō est nisi in resolōne eius qđ resolui volunt ꝛ in expulsione eius qđ vult pelli in parte nāli ꝛ in retētione vētris ꝛ remotione fatigationis. Eius autē impedimēta sunt debilitare corpus si multum morati fuerint ꝛ facere syncopim ꝛ nauseaꝫ ꝛ humores quietos mouere: ꝛ eos ad putrefactionem preparare ꝛ cum eis ad membroꝝ debilium receptacula declinare: ergo ab eis accidunt apostemata in occulto membrorum ꝛ in eorum superficie.

¶ Docuit superius per vnā rē annexā h̄ per aliā. Et p̄ deter. de regimine corporis. P̄io per balneū aque calide. Scđo fride. ibi (Hic qdem) in sequēti cap̄. Itē prima in duas. Nā p̄ deter. de mō vsus balnei aque calide. Scđo determinat de iuuamētis ꝛ nocumētis eius. ibi (Sed qui fe. habet.) P̄io determinat de modo vsus balnei ad ingressum ꝛ moram eius in eo. Secūdo quantum ad exitū. ibi (Et se custodire.) Prima in tres ꝫm ꝙ tres p̄ncipalr̄ debēt attēdi circa balneū. Primo ex parte qualitatis. Secūdo quantitatis ꝛ cum hoc ex modo ingressus. ibi (Quapropter.) Tertio ex p̄te tēporis. ibi (Qui v̄o impinguari.) Et hec in duas. Nā p̄ docet debitā horam ingressus ratione impinguationis. Secūdo ratione cōseruationis sanitatis ꝛ macrefactionis. ibi (Qui autem vult.)

Dub^m 2^m ¶ Sꝫ dices videtur ꝙ homo indigeat balneo ēt p̄p alias causas: qr sicut. G. dicit in fine secūdi de reg. hō indiget balneo ad hoc vt abstergat a sudore ꝛ puluere. Itē dices nec videt ꝙ indigeat ipso p̄pter istas causas. s. humiditatē tēperatā ꝛ calorem: qr humiditas ista est humiditas aquea: nos autē nō indigem⁹ humiditate aquea sed naturali. Itē ꝛ similiter cuꝫ talis caliditas sit accn̄talis: nec ēt ea indigemus. ⁋ Dico ꝙ ista duo iuuamēta que hic ponunt nō inueniūtur posita ab alio auctore sꝫ iuuamēta. G. ipsa per seip̄m: dico ꝙ balneū pōt competere ꝛ rōne abstersionis sudoris ꝛ pulueris: queadmoduꝫ Gal. ponit: pōt ēt cōpetere vt calefaciat ꝛ humectet tēperate. ꝛ isti⁹ rō est: qr ip̄m balneū spargit calorē ꝛ nutrimētū p̄ mēbra: ꝛ iō vt sic calefacit ꝛ humectat tēperate. ⁋ Et qđ tu dicis p̄ de iuuamētis: dico ꝙ Auic. illa dedit itelligi per illa: ꝛ qr ipsa p̄ seipsuꝫ. s. p̄ balneū abstergit sudor ꝛ puluis: iō non posuit. ⁋ Ad alia dico ꝙ calitas ꝛ humiditas vt aque est vl̄ aeris nō ꝯfert imediate sed ꝯfert mediate. s. vt dcm̄ est. s. inquātū fac̄ spargere calitateꝫ vel nutrimentū per corpus ꝛ hoc est vtile: qr ad ip̄m sequit humiditas. ⁋ Ulteri⁹ itellige ꝙ illud (Quap̄p) sequit valde bn̄ ex eo qđ dixit, ꝙ istis balneatio resolōnē faciens nō est necessaria. ⁋ Ulterius itellige ibi vbi dicit (ꝫm ordinē balnei) casas ingredi debēt ꝙ sicut superius habuistis balneū ip̄m hꝫ plures casas: modo vult dicere ꝙ hō nō dꝫ imediate cū intrauit primā casaꝫ intrare in scđaꝫ ꝛ postea imediate tertiā: sed dꝫ p̄ morari in prima casa paꝝ ꝛ postea ingredi in scđaꝫ: ꝛ ibi ēt morari parum: ꝛ deinde itrare in tertiā. s. sic ordinate: ꝛ sicut dcm̄ est in introitu: ideꝫ ordo ēt dꝫ seruari in exitu: qr non dꝫ ēt subito exire: sed illō dꝫ ēt fieri ordinate. ⁋ Ulterius intellige ibi (Et ab aliqua forti cā feb. putridaruꝫ) ꝙ ista cā posset esse ꝛ efficiens ꝛ mālis, efficiēs sicut oppilō que putredineꝫ efficit quē oppilatio sic causata eēt ex eo. s. ꝙ corpus existēs repletuꝫ balneū sua caliditate attrahet humores sup̄fluos ad cutiꝫ: vn̄ ibi fiet oppilō. pōt etiā esse alia causa efficiēs. s. debilitas virtutis causata. s. ex balneo p̄p manifestā resolōnē mēbroꝝ: vn̄ virt⁹ exn̄s debilis humores nō potest regere: vn̄ relinquunt ꝛ putrefiūt. causa mālis pōt eē humores cōmoti a balneo qui p̄p suā cōmotioneꝫ postea putrefiunt ꝛ putridam faciunt. ⁋ Ulterius itellige ꝙ illa. s. (oxymel ꝛ diamētastruꝫ) possunt assumi ꝛ an̄ balneū ꝛ post: sꝫ magis credo ꝙ debēt assumi ante qr sic ꝓhibent oppilōnem fieri: sꝫ ipsa assumpta post remouēt aliquā paruā inductā. ⁋ Item intellige ꝙ ista diuersificant ꝫm cōplexiones: qr oxymel rōne aceti frigiditatem habꝫ sed illa alia duo magis sunt calida. ⁋ Itē ēt intellige ꝙ sicut haberis a Gal. in. 4. de regi. sani. inter illa duo. s. diamētastrum ꝛ diatriton pipereon est dr̄ia: qr diacalamētū vel diamētastrū magis valet ad penetrādū nutrimētū per corp⁹: sed diatriton pipereon magis facit ad iuuandum digestionem.

Dub^m 2^m ¶ Ulterius dices qm̄o aqua calda iducit ptisim: ipsa eni nō est vlceratiua pulmonis nec alicui⁹ mēbri. Itē nō ēt est ꝯsumptiua qr ipsa est humida: ꝫ qm̄ocūqꝫ accipias ptisim nō vr̄ qr iducat ptisis. ⁋ Dico ꝙ i cap̄ de aqua loco ptisis hic habuistis hydropis: ꝛ forte ista lr̄a est melior: sed adhuc dico ꝙ iducit ethica rōne sue caliditatis actual̄: ptisis aūt iducit qr ipsa pōt pulmonem debilitare: ꝛ sic humores ad ipꝫ descēdēt ꝛ vlcerabūt ꝛ iducēt ptisim. ⁋ Ulteri⁹ itellige ꝙ balneū fac̄ istos ꝯrios effect⁹ ꝫm triplicē diuersitatem ꝫm ꝙ Auer. dic̄ p̄ ꝫm diuersitatē casarū. Itē ēt ꝫ diuersitatē more i balneo ꝛ hore igressus ei⁹. Itē ēt ex p̄te diuersaꝝ dispōnū ipsoꝝ corpoꝝ: ex parte istoꝝ omnium potest facere illos cōtrarios effectus ꝫm ꝙ tu met cōsiderare potes. ⁋ Ulterius ꝙ dicit (fructuū) intellige acetosoꝝ ꝛ stipticoꝝ: qr isti magis infrigidant ꝛ confortant.

Dubiū 3^m ¶ Ulteri⁹ dices. dicit hic ꝙ dꝫ cauere a balneo ille q hꝫ feb. vel apā vel solōnē ꝯti. dices nō vr̄ de feb. ꝛ de apate: qr in. 10. ꝛ in. 5. de ige. sani. cap̄. 10. ꝛ. 13. habuistis in feb. balneū. Itē in. 3. de regi. sani. habuistis ꝙ balneū cōfert in feb. ꝛ apate. Item rōne qr ip̄m balneuꝫ mām digerit ꝛ euacuat ꝛ calorem cōfortat: vt ex. 3. regi. habetꝫ. Dico ꝙ illud cauere intelligo nō ex toto euitare: sꝫ qr dꝫ cuꝫ cautella approximari: nā ipsum indebite approximatū maximū facit nocumētū: debite aūt facit iuuamētū magnū. ⁋ Itē dices male dic̄ (nisi in resolōne) qr ipsemet ponit alia iuuamēta. Dico ꝙ itelligit ꝙ illud sit magis pricipale. Et in hoc terminat snīa huius capituli.

## ¶ De ablutione que fit cum aqua frigida. Cap. 6^m.

Hoc qdem conueniens non est nisi cuius regimen vndiqꝫ cōseruatur: ꝛ cuius etas ꝛ virtus ꝛ figura ꝛ tempus sunt cōuenientia: ꝛ neqꝫ fastidium: neqꝫ vomitū: neqꝫ vētrem: neqꝫ vigilias: neqꝫ reumatismos hꝫ: neqꝫ est puer: neqꝫ senex ꝛ in hora in qua ipsius corpus est leue ꝛ motus conueniēs. Et est cum hoc fit post ablutionē cū aqua calida factā ad hoc vt exteriora fiant fortiora: ꝛ vt calor retineatur nālis. Qr si voluntas affuerit vt istud sit: oportet ne aqua multū sit frigida imo sit tēperata: ꝛ est cuꝫ hoc fit post exercitiuꝫ: ꝛ tunc qdem oportet vt fricatio ante ipsam fiat fortior q̄ꝫ solebat: ꝫ inunctio fit ex oleo queādmodū solebat: ꝛ fit exercitium post fricationem ꝛ inunctionem tēperatū: aut sit parum velocius q̄ꝫ solebat. Deinde post exercitiuꝫ in aqua frigida subito natet vt ipsius mēbra simul dura fiant: postea perseueret in eo ꝫm mēsuram sue leuitatis: ꝛ quātum tolerare valet anteq̄ꝫ superueniat horripilatio. Deide cū egressus fuerit fricet sicut noiabimus ꝛ eius cib⁹ augmētuꝫ suscipiat ꝛ potus diminutionē. Et consideret tēpus reuersionis sui coloris ad ip̄m ꝛ caloris eius ex quo si velox fuerit scietur ꝙ eius mora fuit moderata: ꝛ si tarda fuerit sciet ꝙ mora ꝓlixior fuit q̄ꝫ debuit. Ipse igitur alio die mēsuret ꝫ ꝙ ex h̄ scitū fuerit. Et ē cū post fricationē ꝛ coloris ꝛ caloris reūsionē iteꝝ aquā igredit: sed q hoc agere voluerit gradatiꝫ in ip̄o ꝓcedat: ꝛ a calidiore die q est in estate hora feruoris prius icipiat: ꝛ

sibi caueat ne vētus sit ibi: ⁊ ne illud post coitū ꝓgat: neqʒ post cibuʒ q nō sit digestꝰ: neqʒ faciat h post vomitū: neqʒ eūonez: neqʒ post cholicā passionē: neqʒ vigilias: neqʒ corꝑis debilitatem: neqʒ stōchi: neqʒ post exercitiū: nisi q illud agit valde sit fortis ꝺm modū quē diximus. Cū aq̄ aūt frida lauari ꝺm modos quos diximus calorē nālez subito ad iteriora pellit. Postea confortat ipm vt fortior fiat ⁊ egrediat extra multum.

¶ Hic deter. de regi. sani. per balneū aque frigide. Et tria fac. Prio oñdit cui corpori cōpetat hmōi balneū. Scdo oñdit modum vsus eiꝰ. ibi (Et in hora.) Et 3° docet qdā iuuamēta eiꝰ. ibi (Cū aq̄ aūt frigida.) Scda in duas. Primo docet vsus moduʒ qñ dʒ balneari semel in die. Et 2° qñ pluries. ibi (Et ē cū post.) Pria in duas. Nā p̊ docet debitū modū vsus istiꝰ balnei ex pte hore. Scdo ex pte q̄ztitatis ⁊ q̄litatꝭ. s. ex pte igressus ⁊ egressus. ibi (Deinde.) ¶ Intellige hic primo ꝙ illud qd̄ dicit p̊ regimē exponit p illud qd̄ postea dic̄ neqʒ fastidiū ⁊c. ⁊ silr etiā illud qd̄ dicit etas exponit silr p illd̄ qd̄ dicit postea neqʒ puer neqʒ senex: nā nō cōpetit fridū pueris: quia ꝓhibet eos ab augmēto: neqʒ senibꝰ qꝛ sunt fridi: ſʒ solum cōpetit tale balneū iuuenibꝰ. Itē dicit ēt postea virtꝰ qꝛ virtꝰ dʒ eē fortis. dicit ēt figura: qꝛ dʒ eē bñ carnosa vt ꝓhibeat frigiditatē itus minus ingredi. dicit aūt tp̄s qꝛ dʒ eē tp̄s ⁊ etas particulare: qꝛ dʒ esse dies calida nō vētosa vt dicit ifra. ¶ Itē intellige ꝙ dʒ illd̄ balneū fieri post fricationē ⁊ inūctionē: qꝛ quādo illud balneū fridū fit dʒ calor nālis icitari vt sua frigiditas nō possit nocere mēbris intrinsecis: calor enim tunc excitatus ⁊ in mēbris exterioribꝰ existēs repugnat frigiditati balnei ne nocere possit intrinseca.

Dub. 1. ¶ Sʒ dices. iste dicit ꝙ ista aq̄ dʒ eē tēperata directe. Oppositum ponit Auer. 6. collʒ. ca. 6. q dicit ꝙ nō dʒ eē cal'a nec ēt tēperata: qꝛ nō cōpleret opus qd̄ itēdimus. s. friditatē: sed dʒ eē frida. Dico ꝙ nō solū itelligo ꝙ sit tēperata: qꝛ sit recte media iter cal'itatē ⁊ frigiditatē: ſʒ itelligo ꝙ ipsa declinet aliqualiter ad frigiditatem.

Dub. 2. ¶ Itē dices postea ipse dicit ꝙ sit exercitiū tēperatū aut parū velociꝰ q̄ꝫ solebat. dices. H. solū dicit ꝙ sit velociꝰ. ¶ Dico ꝙ pōt itelligi aut ꝓ. i. ita ꝙ tūc dicet tēperatū q̄ztū ad q̄ztitatē: qꝛ erit mediū inter multū ⁊ paucū: ſʒ idē erit velociꝰ vt ꝺʒ aliquid exacuat calor nālis. ¶ Itē itellige ꝙ ipse dʒ se ꝓijcere in eā subito: ⁊ huiꝰ rō ē 2x. Una q̄ tāgit in lr̄a: vt. s. mēbra ispissent ⁊ dura fiāt. Alia rō est quaʒ tāgit. H. qꝛ si solū ps vna post ptē mitteret in aquā fridā: calor tūc occuparet vnā partē ⁊ dimitteret alias ⁊ fugeret ab alijs: vt ḡ illd̄ nō faciat dʒ se subito ꝓijcere. ¶ Itē itellige qd̄ dicit ꝙ dʒ plus comedere ⁊ minꝰ bibere. Rō illius est 2x. Una est vt appetitui satisfaciamꝰ: qꝛ ipsi cibū appetūt plus ⁊ minꝰ potū. Alia rō: qꝛ cuʒ tunc fortificet calor ⁊ digestio dʒ plus comedere: cū aūt ipse humectet dʒ minꝰ bibere: ⁊ ita illd̄ ē ⁊ rōne ꝺlectatiōis ⁊ iuuamenti.

Dub. 3. ¶ Sʒ dices ꝙ nō debeat fieri subito p illū afo. 51. 2. pti. ꝺm multuʒ ⁊ repēte nec alterare ⁊c. Dico ꝙ mutatio ad ꝯueniēs facta subito nō est nociua: imo ꝓdest: ſʒ mutatio ad icōueniēs si fiat subito maxime nocet. Itē ꝙ dic̄ gradatim itelligo ꝙ a p̄n° cal'itatis estatꝭ dʒ sibi sufficere solū balneare semel: sed postea vlteriꝰ qñ augmētat caliditas pōt balneari bis. ¶ Item intellige ꝙ illud balneū nō competit post ista: qꝛ tunc debilitaret membra intrinseca.

Dub. 4. ¶ Sʒ dices saltē nō vꝫ ꝙ post exercitiū: qꝛ ꝯriū huiꝰ posuit Auic. ⁊ idē oēs alij volūt. s. ꝙ ipʒ fiat post exercitiū. Itē ēt exercitiū excitat ⁊ p̄parat calorē q resistit friditati balnei: opʒ distiguere ꝙ est exercitiū multū paruū ⁊ mediocre: mō qd̄ oēs dicūt itelligūt exercitiū moderatū ⁊ mediocre in quātitate: sed post exercitiū lōgum multū illud balneum non competit: ⁊ sic intelligit Aui. hic.

Dub. 5. ¶ Sʒ querit. vtrū optime sano competat balneū aque calide. Et vꝫ ꝙ nō auc. Auer. 6. collʒ. ca. 9. qui dicit ꝙ lʒ cōpetat seni balneuʒ aq̄ calide: nō tñ cōpetit iuueni. ¶ Itē rōne qꝛ nihil alterās corpus tēperatū cōpetit ei: balneū est hmōi. ḡ ⁊c. Itē cuius iuuamētū ꝑficit per fricationē ⁊ exercitiū nō idiget balneo: ſʒ hoc est ꝺm. H. in 3° d̄ regi. q̄re ⁊c. ¶ In oppom est Aui. hic: ⁊. H. ēt qui docent ipm approximari. ¶ Dico ꝙ balneū aque cal'e debite approximatū competit corpori optime sano vt iuueni. Et rō est illa que tacta fuit: qꝛ quātūcūqʒ corpus sit temperatum: adhuc debet fieri abstersio sudoris ⁊ pulueris. Et tūc qd̄ dicis de Auer. dico ꝙ ipse ibi cōparatiue loquit. s. ꝙ nō tātū cōpetit sed abstersiuuʒ bene competit. ¶ Ad aliō nihil alterās ⁊c. dico ꝙ verū est si ista alterēt vel transmutent ad dispōnem que nāliter nō dʒ esse ꝙ nihil tale cōpetit: sed si trāsmutet ad illud quod debet eē bene potest approximari. ¶ Ad aliō dico ꝙ verum est si perficiatur quantum ad omnia: sed illa non ꝑficiunt quantum ad omnia: qꝛ non quantū ad ea que oportebat abstergere lʒ faceret illud quantum ad alia.

Dub. 6. ¶ Tūc querit. vtrū balneū frigidū cōpetat ad regimē sanitatis. Et vꝫ ꝙ nō. qꝛ nihil repugnās oībus virtutibꝰ in oībus operationibꝰ suis cōpetit ad regimē sani. balneū frigidū est hmōi. q̄re ⁊c. Maior de se pʒ: qꝛ in regimine nos intēdimus cōseruare virtutes ⁊ nō eis repugnare. Mi. pʒ: qꝛ sicut superius dcm̄ fuit frigidum ipm ꝯriat oībꝰ virtutibꝰ per se: ergo qd̄ p̊ est frigiduʒ p̄mo ⁊ maxie contrariat eis: sed p̊ frigidū est aqua. quare ⁊c. Iteʒ qd̄ est cā feb. effimē nō cōpetit in regimie sanitatis: ſʒ balneū aq̄ fride ē cā feb. effimere: vt in. 8. de ige. ca. 2. ⁊ 3. habetꝭ: ⁊ ēt de febribꝰ: q̄re ⁊c. Itē nihil medicinale competit ad regi. sani. saltem corporis optime sani: sed balneū frigidum est res medicinalis: quare ⁊c.

Dub. 7. ¶ Tūc q̄rit. dato ꝙ cōpetat vtrū cōpetat añ cibū vel post. Et vꝫ ꝙ post: qꝛ illud qd̄ cōfortat digōnē dʒ approximari qñ fit digestio: ſʒ balneū frigidū est hmōi: vt hic dicit Aui. quare ⁊c. Iteʒ illud qd̄ fit in meridie cōpetit post cibū: sed balneū frigidū est hmōi ꝺʒ ꝙ Aui. dicit. q̄re ⁊c. Ma. pʒ: qꝛ vtpl'm nos comedimꝰ in tertia. ¶ In oppositū vtriusqʒ est Aui. q̄re ⁊c. in lr̄a ⁊. H. ⁊ oēs. ¶ Dico ad primum ꝙ balneū frigidū approximatū cū cōditionibꝰ hic positis cōpetit iuueni: sed in alia etate nō cōpetit. Rō p̄mi est ex iuuamētis iam tactis: qꝛ illud qd̄ ispissat mēbra ⁊ fortificat calorē ⁊ digōnē cōpetit: sed cū ꝯditionibꝰ p̄dictis balneū frigidū est hmōi. q̄re ⁊c. Rō scdi est. s. quare nō cōpetit in etate crescētie: qꝛ mēbra pp augmētuʒ ⁊ extēsionē debēt mollificari: sed friduʒ ispissat ⁊ idurat ea vñ reddunt inepta ad augmentū: silr nec ēt cōpetit senibꝰ: qꝛ in eis calor est diminutꝰ ⁊ in q̄ztitate ⁊ q̄litate: ⁊ iō qꝛ nō pōt repugnare frigiditati aque non cōpetit. ¶ Tūc ad primū qd̄ dicis dico ꝙ illud frigidū nō repugnat illis: imo iuuat: qꝛ ipm nō peruenit ad itrinseca existēs frigidū ⁊ ēt ꝯtēperat ⁊ non iuuat. Ad aliud dico ꝙ bñ facit effi. indebite approximatū sed debite nō. Ad aliud dico ꝙ bene nihil medicinale eūatiuuʒ cōpetit ei: sed medicinale alteratiuū competit ei nō ab eo ꝙ dʒ eē sed ab eo ꝙ est tale bñ ei cōpetit. ¶ Tunc ad scdm dico ꝙ illud balneū frigiduʒ cōpetit ante cibū: ⁊ rō est: qꝛ ipm dʒ fieri post fricationem ⁊ exercitiuʒ: vt Aui. ponit: ſʒ cuʒ ista fuit facta p̄ma ⁊ scda digōne: pʒ ꝙ ēt fier tūc illd̄ balneū. Et tūc qd̄ tu dicis. p̊ dico ꝙ illud eēt verū rōne sui ꝺm se: sed qꝛ exercitium ⁊ fricatio debēt p̄cedere ipm: ideo ēt rōne illoꝝ nō pōt fieri post: ſʒ opʒ ꝙ fiat ante. Ad aliud de meridie dico ꝙ nō opʒ qꝛ dʒ comedisse parum: ita ꝙ in breui tēpore ⁊ ante meridiem ipsum possit esse digestum. Et in hoc terminetur sentētia istius capituli.

## ¶ De regimine eiꝰ qd̄ comedit ⁊ bibitur. Cap. 7m.

Oportet vt sanitatis ꝯseruator studeat ne cibi ipsiꝰ suba sit aliqd̄ nutriētiū medicinalium sic̄ olera ⁊ fructꝰ ⁊ reliq̄ ab ipsis: qm̄ subtiliantia sanguinez sunt adurentia ⁊ grossa sunt ipsum flegmaticū facientia ⁊ corpus grauātia. Opʒ aūt vt cibus sit talis q̄les sunt carnes ⁊ ꝓprie carnes hedoꝝ et vituloꝝ lactētiū ꝑuoꝝ ⁊ agnoꝝ annualiū. Et triticum ab ex̄neis rebꝰ purgatuʒ qd̄ ex messe sana fuerit collectū cui nullū accidit nocumētū: ⁊ res dulcis ꝯuenientꝭ cōpl'onis ⁊ vinum bonū odorē bonum habens.

¶ Prius determinatū est de regi. sani. per vnā rem nō nālē in qua plurimū regimē sanitatis attēdit. s. de exercitio: hic determiat de alia re in qua post illā regimē ipm attendit. s. de regimine p cibuʒ ⁊ potum. Et duo facit. Primo per cibum. Scdo per potū. ibi in sequēti capl'o (Cōplexionibus tēperatis.) ¶ Circa totū primū capm nullum bene possum ordinē inuenire: lʒ eni cōsueuerit ordinari ꝺʒ regulas de tēpore quātitate ⁊ qualitate: vt qdam ordināt siue penes cibaria ⁊ alioꝝ: siue cōpl'onuʒ vel nārum ⁊ cōpositionuʒ: vt qdam alij ordinant: tñ oīa ista ipse pluries ⁊ pluries cōmiscet ꝺʒ ꝙ vos videbitis. Et ideo solū dico ꝙ ipm diuidit in tot ptes quot sūt principales regule q̄s ipse ponit quas videbitis. Hic aūt p̊ ipse ponit vnā regulā de qualitate ciboꝝ. Scdo circa eā mouet dubitationes quasdā. ibi (Alia aūt ab istis.) ¶ Nota p̄mo vt dicit (Ut sit talis quales carnes) ꝙ iter cibaria ipse eligit carnes: ⁊ rō est: qꝛ ille cibꝰ qui maxie est similis corpori nostro maxie dʒ eligi: qꝛ nos nō accipimus cibū nisi vt ꝯuertamus ipsum: sed carnes sunt magꝭ similes qꝛ plurimū nostri corporis caro est. Itē ēt maxime delectabilis est. Itē ēt dʒ eligi cibꝰ de tritico vt bonus panis: qꝛ cū duplex sit sil'itudo vna ex cōpl'one alia ex ꝓprietate. Dixit ēt notāter quales vt denotaret ꝙ nō solū intēdit de istis sed ēt de alijs bonis vt de gallinaceis: ⁊ ideo dicit quales vt ostēdat ꝙ ille que hic ponūtur nō ponūtur nisi gratia exēpli. Itē intellige ꝙ signāter dic̄ hedoꝝ ⁊ vituloꝝ lactētium ⁊ agnoꝝ annualiuʒ. Rōnem huius ponit Gal'. 3. de alimētis, ca. 1. qꝛ omnis fetus de matre sicca quāto magꝭ propinquat

approp̄iquat natiuitati tāto est melior: ⁊ quāto remotior tāto peior: sed de matre humida quāto ꝓpiquior tanto peior. ⁊ causa huius est: q2 sicut scitis oīs cibus quāto magis est tēperatus tāto est melior: mō illud lactans est humidū ex etate ⁊ est siccum ex cōplexione: q2 ⁊ vacca ⁊ capra sunt sicca: ⁊ ideo ex illis resultat temperamentū vnū. si autē esset agnus lactens: tūc eēt ibi duplex humiditas: ⁊ ideo dixit annualis. Dixit aūt notāter annualium: ⁊ nō dixit cum peruenerit ad senectutē cum etiam exiccetur tunc: q2 ſm Gal. ibi oē animal cū crescit melius est ꝙ̄ in decrepita etate: quia tūc induratᷣ ⁊ ingrossatᷣ eius caro: ⁊ ideo dixit annualis. Dixit autē ab extraneis reb⁹ purgatū: q2 ille res extranee diminuūt de bonitate eius. Dixit autē ex messe sana: q2 si non eēt maturum eēt maluz. Jtē etiā si eēt ex locis cauernosis esset etiā malū. Jtē etiā rōne aeris: q2 sicut respectu hoīum in aere fit pestilētia: sīr etiā ⁊ quādoq3 fit illud respectu frumēti. Dixit autē dulces cōuenietis cōplexionis: q2 multū dulces que sunt grosse sbe nō sunt bone: q2 oppilant: sed tēperate dulces vt sunt carnes si ꝯiūgunᷣ cū bonitate sbe ille sunt bone sic dulces. Bonū aūt vinū attenditᷣ in sba vt sit mediocre: ⁊ in etate sit mediū ⁊ nō nimis antiquū: ⁊ in sapore vt non sit acetosuz: neq3 nimis dulce. dixit ḡ bonū absolute vt tāgeret bonitatē in sba ⁊ in ṽtute. s. i etate ⁊ sapore. subdit aūt postea bonuz odorē habens vt tangeret bonitate que debet esse ex odore.

Dub^m 1^m

¶ Sz dices. tunc male dicit ne sit ⁊c. sicut olera ⁊ fruct⁹: dices male dicit. p̄ ex vsu: q2 nullus est qui de istis nō accipiat. ¶ Jtez rōne: q2 illd̄ qd̄ facit cibū ⁊ eius supfluitates velocius descēdere cōpetit: q2 si nō acciperet forte stipticarenᷣ ſm ꝙ ēt videmus aliqs qui si nō acciperent brodiū statim stipticanᷣ: sed aliqua cibaria ⁊ fruct⁹ illud faciunt: q̄re ⁊c. ¶ Jtē illud qd̄ reddit cibum mag̃ delectabilē cōpetit sicut habetis infra: sed aliq fructus sunt hmōi. ḡ ⁊c. ¶ Dico ꝙ per lr̄am Auic. cibi ipsi⁹ sba ꝙ medicinalis accipitᷣ 2^r. Uno° vt principale ⁊ sbale in nutricatione. Alio° vt delectās ⁊ vt coadiuuās ad descēsuz. Primo mō nō dz aliqd̄ medicīale accipi. Sz 2° mō bn̄ pōt. Rō p̄mi est: q2 ꝯseruator sanitat̄ dz ꝯseruare in eodē: sz medicinalia ꝑmutāt. Rō alteri⁹ est per illud qd̄ dc̄m fuit: q2 d̄lectatio ⁊ descēsio faciūt ad bonitatem digestionis ⁊ nutritionis.

Dub^m 2^m

¶ Jtē dices. nō videtᷣ ꝙ subtilia adurant: q2 hmōi fructus vt cerasa ⁊ pruna: ēt lactuce subtiliant sanguinē aquosuz subtilē: ⁊ tamen ipsa nō adurūt: imo potius adustioni repugnant. Dico distiguēdo in cibis subtiliantib⁹ ꝙ aliqua subtiliant tripl'r. Prio. s. rōne materie ⁊ rōne virtutis: siue elemētaris: siue specifice ⁊ rōne vtriusq3. Rōne materie sicut sunt illa que generant sanguinē subtilē qui postea permixtus primo totuz reddit magis subtilez: ⁊ sic lactuce q̄dam ipm subtiliant ratiōe virtutis vt allia ⁊ cepe: lz ipsa rōne sbe ingrossent. Rōne vtriusq3 vt piper ⁊ synapiū: quedā rōne acetositatis vt arantia ⁊ granata: ⁊ q̄daz ratione salsedinis: ⁊ q̄daz ratiōe tēperate dulcedinis. Mō tūc quādo hoc dicit: qm̄ subtiliātia sunt adurentia debet illud intelligi de his que subtiliant ratione virtutis ⁊ rōne vtriusq3. s. pura solū rōne salsedinis ⁊ acuitatis. Alia eīz omnia aliter subtiliantia potius adustioni repugnant.

Dubiū 3^m

¶ Ulteri⁹ dices. male dic̄ triticū: q2. H. ponit in p̄ de alimēt̄. ca. 1. ꝙ triticū est malus cib⁹. Jtē illd̄ qd̄ gn̄at humorē multum grossuz ⁊ viscosuz ⁊ est multū difficilis digōnis nō cōpetit: triticū ē hmōi: vt ibi dic̄. H. q̄re ⁊c. Dico ꝙ ipm triticū potest approximari 2^r. Uno° ipm solū triticū siue farina ei⁹ cū oleo. Alio° pōt approximari conueniēter ex eo preparando ⁊ faciendo panē: primo mō triticū non est bonus cibus: sed secūdo modo sic: ⁊ sic intelligitur hic.

¶ Alia aūt ab istis nō respicias nisi ſm modum fuerint medicatiōis: aut ſm ꝯseruationez. Fruct⁹ tn̄ nutrienti magis sil'es sunt ficus ⁊ vue valde mature ⁊ dactyli in regionib⁹ ⁊ ciuitatib⁹ in q̄bus esse cōsueuerunt.

¶ Hic remouet duas dubitationes. scd̄az remouet. ibi (Fruct⁹ tn̄.) Hic est intelligēdū ꝙ dubitatio quā scd̄o remouet est hec: q2 diceret aliqs possum ne ego īter fruct⁹ aliqs eligere. Rn̄det ꝙ sic. Jux̄ qd̄ scias ꝙ ficus ⁊ vue sūt mag̃ sil'es nutriēti: q2 de rōne nutrient̄ est restaurare deꝑdita absq3 alteratiōe nimia: sz ficus ⁊ vue mag̃ hoc faciūt. s. restaurāt: sic pz: q2 videmus custodes vinearū maxie impinguari. dz aūt fieri euātio cū supfluitas accepta fuerit. ⁊ rō ē: q2 ex his generatᷣ sanguis aquosus qui maxime est apt⁹ putrefieri: vt dicit Aui. ꝓpter qd̄ debet euacuari per vomitum quādo superfluit in cibo ⁊ per medicinā quādo superflueret eius humor.

¶ Uerūtamē cum aliquis hec comederit si superfluitas inde prouenerit ad ipsam festinet euacuandam.

¶ Hic remouet aliam dubitationem dicēs: possum ego ne de istis multum comedere.

¶ Opz preterea ne aliqs comedat nisi post desideriū: neq3 in hoc tardetᷣ cū desiderium ebullierit nisi fuerit mēdosuz vt ebrioꝝ desideriū ⁊ hn̄tiū fastidiū: qm̄ tolerare famē stōchuz putridis replet humoribus.

¶ Hic ponit aliū cañ. ex ꝑte hore. Juxta qd̄ nota q2 dic̄ ⁊ nō comedat nisi p̄us desideriū. rō hui⁹ ponitᷣ īfra: q2 nō dz accipi cib⁹ nisi p̄cedēs sit ꝑfecte digestus quātū ad oēs digōnes ⁊ assimilatus: ⁊ q2 tūc nō cōpetit qn̄ digeritᷣ sed post sic: iō ēt nō cōpetit nisi post desideriū. Dicit aūt mēdosuz: nā nālis appetit⁹ est ex resol'one mēbrorū: mēdosus aūt nō est ex hoc: sz poti⁹ est ex q̄dā delectatiōe: sic ēt hn̄t q̄dam hoīes in bibendo vel est ex aliquo humore frigido existēte in stomacho: qd̄cūq3 istorum in causa fuerit bonū est differre. Rō quare illud replet stomachuz putridis est: q2 stōchus tunc attrahit ⁊ alia membra retinent bonū ⁊ stomacho dant maluz.

Dub^m 4^m

¶ Sed dices ⁊ hn̄tiuz fastidiū: male dixit. q2 fastidiuz nō est desideriū: imo est ablatio desiderij: ⁊ ideo male excepit a desiderio fastidiū: q2 poti⁹ in ipso fastidio ipz desideriū est ꝓstratū. ¶ Dico ꝙ d̄siderīz mēdosuz pōt eē 2^r ſm ꝙ ego ītelligo. Uno° vt appetat añ ꝙ̄ digerat: aut sit illud ex humorib⁹ frigidis siue ex alio. Alio° potest eē mendosuz: q2 non appetat in hora qua dz: imo ēt nec post. Mō tūc per illud qd̄ dicit vt ebrioꝝ: intelligo idē qd̄ antecedit horam. per illud qd̄ dicit ⁊ hn̄tium fastidium intelligo illud mēdosuz aliud. s. quando nō appetit in hora qua debet nec etiā post illā.

¶ Jn hyeme p̄terea nutriēs actu calidūz comedat ⁊ in estate fridum: aut qd̄ ꝓue sit cal'itatis: ⁊ neq3 caliditas neq3 friditas ad rē ꝓueniat quā sustinere nō possit.

¶ Hic ponit aliū cañ. ex ꝑte q̄litat̄ actual': ⁊ pri⁹ ex ꝑte q̄litat̄ nālis.

Dub^m 5^m

¶ Hic dices vr̄ ꝙ nullo tꝑe d̄beat eē actu frigidū: q2 cū postea ipm in stōcho calefiat d̄beret p̄ potius actu calidū. Jtē videtᷣ ꝙ approꝑiate in estate d̄beat eē actu calidū: q̄a in estate virtus digestiua est maxime debilis: sed cū calidū sit mag̃ digestibile: q̄re ⁊c. Dico ꝙ in estate dz eē actu frigidū vel nō calidū multū ſm ꝙ Aui. in lr̄a dicit. dixit aūt illud q2 q̄dā sunt que solū accipiunᷣ frigida vt vinū: ⁊ quedā que nūq3 accipiunᷣ frigida sed cal'a vt brodia: q2 si al'r acciperenᷣ inducerēt fastidiū ⁊ abominationē. Rō aūt dicti sui positi est: q2 actu frida in estate mag̃ delectāt ⁊ iō meli⁹ digerunᷣ. Jtez ēt q2 i estate calor nr̄ nālis ē nimis exacut⁹: ⁊ iō illa friditas actualis obtūdit illā exacuitionē ⁊ eū ꝯtēperat. ¶ Tūc ad illud qd̄ dicis dico ꝙ vez eēt si ista duo iuuamenta mō dicta mag̃ p̄ponderent. ¶ Ad aliā dico ꝙ nō appz q2 nō ē calor nālis tātū d̄bilis qn adhuc bn̄ possit digerere: ⁊ cū hoc etiam ꝯtemperat vt dictum est.

¶ Scias aūt ꝙ nihil est deterius saturitate in tꝑe fertilitatis quaz fames sequitᷣ in tꝑe sterilitatis ⁊ ecōuerso: sed tn̄ cōuersio est deterior. Uidimus enim multos q̄bus in tēpore sterilitatis cib⁹ defecit: postea cū in tꝑe fertilitat̄ abūdauit repletos fuisse ⁊ mortuos: lz vehemens repletio in qualibet dispositione sit ꝑnecabilis: siue ex comestione sit: siue ex potu. Quot nāq3 homines supflue se repleuerūt ⁊ suffocati interierunt.

¶ Hic ponit cañ. ex ꝑte q̄ntitat̄ ⁊ p̄us ex ꝑte q̄litatis. s. vtriusq3.

Dub^m 6^m

¶ Juxta qd̄ vr̄ male dicere ꝙ nihil est deteri⁹ ⁊c. q2 ipsemet statim ponet id qd̄ est deterius. Dico vno mō ꝙ īproprie fuit locut⁹ nihil deteri⁹: sz dixit illd̄: quasi vellet dicere ꝙ est valde malū: vel dicit ꝙ dixit nihil ē d̄teri⁹ referēdo ad ambo sil'ita ꝙ ēt ad ꝯuersionē.

Dub^m 7^m

¶ Sz dices vlteri⁹ ipse dic̄ ꝙ peius est multa repletio sup multam inanitionē ꝙ̄ multa inanitio sup multā repletionē. Dices vr̄ eē oppositū. Et p̄ mō fiūt egritudīes ⁊ morbi de repletiōe. Scd̄o aūt mō fiūt morbi de inanitiōe: sz morbi de inanitiōe sunt peiores ꝙ̄ illi de repletōe: sic peior ē ethica ⁊ spasm⁹ sicc⁹ ꝙ̄ putrida ⁊ spasm⁹ humidus. ¶ Dico ꝙ peior ē multa repletio sup multā inanitionē ꝙ̄ ecōuerso ſz ꝙ Aui. dicit. Rō aūt est 2^x. Una est accepta ab ipsa repletione: ⁊ est q2 repletio īterficit suffocādo: inanitio aūt resoluendo: mō citius īterficiūt suffocātia ꝙ̄ resoluētia: ⁊ iō peior est inanitio ꝙ̄ repletio. Alia rō est accepta ab ipsa inanitiōe ad quā sequitᷣ repletio: q2 ex inanitiōe p̄cedēte virt⁹ fuit debilitata: ⁊ q2 repletio superueniens eā adhuc mag̃ d̄bilitat q2 multa: ita ꝙ repletio fit maior ex d̄bilitate virtutis: ita ēt ꝙ addit ei nocumētū d̄bilitat̄ virtutis: sed inanitio nō addit ad nocumētū repletiōis: imo poti⁹ de eo diminuit: ⁊ iō ꝑꝑea peior ē repletio sup inanitionē ꝙ̄ ecōuerso.

¶ Cū autem error acciderit in comedēdo aut bibendo aliqd̄ medicinaliū nutrientiū regendum erit qūo digeratᷣ ⁊ maturescat: ⁊ ipse custodiēdus a malitia cōpl'o-

nis que ex eo timet: accipiendū post ipm qd̄ sit ei contrarium donec digerat. Qd̄ ergo frigidū fuerit sicͫ cucumer ⁊ cucurbita temperet cū eo qd̄ ei existit contrarium sicut allia ⁊ porri. Et si fuerit calidū temperetur cum eo etiam qd̄ ei fuerit cōtrariū sicut cucumeres et portulaca. Et si oppilatiuū fuerit sumatur qd̄ aperiat ⁊ euacuet: deinde famē diu toleret.

¶ Postq̄ȝ posuit cañ. de cibo ⁊ ex q̄ʒtitate ⁊ qualitate ⁊ tēpore siue hora hic: qꝛ circa predicta ⁊ maxime circa primum poterat accidere error docet hic illum errorē euitare ⁊ potuisset valde bñ ordinari. ¶ Juxta qd̄ est ītelligendū de eo qd̄ dicit (demū famē diu tolerat) ꝙ illud dꝫ referri ad illud qd̄ dixit (Et si oppilatū fuerit) ⁊ etiā ad id qd̄ dixit (Et si frigidū) qꝛ super calidum noceret.

¶ Et neqȝ ipse neqȝ oēs qui sanitatem custodire volūt aliquid comedant nisi desiderium fuerit certum: ⁊ stomachus ⁊ supiora intestina a primo nutriēte euacuata fuerint. Qd̄ enim in corpore est deterius est nutriēs super nutriens qd̄ non est digestum mittere.

¶ Hic resumit iterū ex pte tpis siue hore aliquid addēdo ⁊ aliquid omittēdo: nā addit ex pte corpis qꝛ ī distēperato: ⁊ ēt addit hͦ cāȝ ⁊ illa alia diminuūt. ¶ Juxͣ qd̄ ītelligēdū ꝙ ipse ponit duos descensus. s. de stōcho ⁊ de ītestinis supiorib⁹: signa āt hoꝝ dscēsuū sunt duo: vnū ē alleuiatio illoꝝ mēbroꝝ: scd̄ȝ est appetit⁹: ⁊ illud sequit̄ ad primū ita ꝙ ambo silr̄ ꝯiūgunt̄. ¶ Alteri⁹ ītellige ꝙ illd̄ est veꝝ nisi supmitteret̄ sup aliū cibū gr̄a rectificatiōis vt statim dicet: sȝ non ꝓpter hͦ nihil est deteri⁹ q̄ȝ īdigestū sup īdigestū mittere.

¶ Et p̄terea nihil est deterius q̄ȝ fastidiū ⁊ ꝓprie cum fuerit fastidium ex malis nutriētib⁹: qm̄ cū fastidiū ꝓuenerit ex grossis nutrientibus hereditare faciet īiūctu rarum dolores ⁊ renum ⁊ disniam ⁊ podagraȝ ⁊ splenis ⁊ epatis grossitiem ⁊ flegmaticas egritudīes ⁊ melancholicas: sed cum ex subtilibus acciderit nutrientibus prouenient ex ipso febres acute ⁊ erratice ⁊ maligne ⁊ apostemata mala acuta.

¶ Hic ponit cañ. ex parte quantitatis ⁊ maxime malorum.

¶ Verūtñ quādoqȝ necesse est aliquē cibū aut rē cibo sibi similē mittere sup alium cibuȝ que sit ei sicut medicina. v̑. g. sicut illi qui nutriētia comedunt acuta aut salsa: deinde post tempus in quo nōdum cōpleta fuit digestio: consequenter eis adiungunt res humectātes ex nutrientibus saporem non habentibus. Et istis q̄dem hoc sufficit regimen ⁊ exercitium nō est eis necessariū. Et horum contraria dispositioni est dispositio eoꝝ q grossis cibarijs post aliquod tēpus cōsequenter admiscent qd̄ velociter digeritur ⁊ est acutum.

¶ Hic ponit alium cañ. correctiuum in assumptione ciborum medicinalium.

¶ Amplius paruus motus post comestionem ipsaȝ in stomacho quiescere facit ⁊ proprie cuȝ dormiēdi post ipsam voluntas affuerit.

¶ Hic ponit aliū cañ. sumptū ex pte mot⁹ debētis fieri post ipm.

¶ Accidētia preterea anime horribilia ⁊ motus corporei fortes digestionem fieri prohibent.

¶ Hic ponit aliū cañ. sumptū ex vehemētib⁹ motib⁹ tā aīalibus q̄ȝ corpalib⁹. ¶ Juxͣ qd̄ nota ꝙ signāter dixit horribilia: q̄dā enī sunt accn̄tia aīe ⁊ maxīe gaudiū que si sint pua nō ꝓhibēt digōnē: sed si ipsa sint excedētia nedū ⁊ alia: īmo ēt gaudiū ꝓhibēt digōnē: ⁊ sic ītelligit p horribilia excedētia. Rō aūt q̄re horribilia accn̄tia eam ꝓhibent est 2ͯ. Vna est: qꝛ in eis est subit⁹ mot⁹ spirituū q motus terrefacit nām ⁊ nā terrefacta nō sic bene digerit. Alia rō est: qꝛ in accn̄tibus anime excedētib⁹ quecūqȝ sint calor trahit̄ vel ad extra vel ad cor: ⁊ quocūqȝ istoꝝ modoꝝ fiant stomachus ⁊ epar remanēt frida. Tertia rō pōt eē: qꝛ sicut dicit ibi Gal. in. 3. de regi. sani. in fortib⁹ accn̄tib⁹ aīe humores mali mouent̄ ad stomachū. Corporei etiā motus illud faciunt. s. īpedimentū digōnis primo mouendo calorem nālem ad extra. Jtē etiā qꝛ motus impedit rētētiuam ⁊ retentiua impedita impeditur digestiua. Jtē etiā qꝛ motus commouet cibū in stomacho: ⁊ ex hoc etiam impeditur digestio.

¶ Et in hyeme q̄dē cibi pauci nutrimēti nō sunt edendi sicut olera: sed nutriēs magis est edendum qd̄ est ex granis ⁊ fortis etiā soliditatis: ⁊ in estate huius ꝯ̄riū.

¶ Hic ponit aliū cañ. sumptū ex tēporib⁹ anni. ¶ Juxͣ qd̄ ītellige ꝙ cib⁹ pōt dici pauci nutrim̄ti 2ͬ: ⁊ rōne ei⁹ q̄ʒtitatis que ꝯuertit̄ ⁊ ēt rōne duratiōis tpis ei⁹ quo id est ꝯuersū durat: p̊ mō pauci nutrimēti est cib⁹ q parū hȝ de parte pura: 2ͦ mō est pauci nutrimenti qd̄ cito resoluit̄. mō tūc ego ītelligo hic ꝙ neutro modo debeāt in hyeme eē pauci nutrimēti qd̄ pꝫ p illud qd̄ dicit de granis ⁊ maxime frumēti: qꝛ ipm ⁊ sm̄ multū nutrit ⁊ ēt satis durat. Jtē ītellige ꝙ debēt eē duri ⁊ solidi: qꝛ calor nālis tūc ē multū fortis: nā si eēnt subtiles adurerent̄: vl' si eēnt adhuc mag̃ ⁊ min⁹ subtiles calor nālis eos resolueret: ⁊ postea ꝯuerteret̄ ad humiditates nāles.

¶ Jtē dices ꝺ illo qd̄ dicͫ (Et ī estate existit ꝯ̄rium) dices nō vr̄ ꝙ in estate cōpetāt olera: qꝛ ex eis fit sanguis subtilis ⁊ aq̊sus q maxīe est apt⁹ putrefieri: sȝ tūc in estate maxime fit putrefactio: qꝛ calor aeris ē mag̃ fortis q̄re olera tūc min⁹ cōpetūt. Jtē ēt cū calor nālis tūc fit ignit⁹ si dent̄ tūc cibaria subtilia aduret ea. ¶ Dico ꝙ ī estate ꝺbent̄ cibaria subtilia ⁊ nō multi nutrimēti. Et rō ē: qꝛ tūc nālis calor ē ꝺbilis: ⁊ iō nō posset digerere cibos g̃ssos: nec ēt multū nutrimētū ꝯuertere. Et qd̄ tu dicis p̊ dico ꝙ lȝ dicat ꝙ in estate debet̄ ꝯ̄riū: nō pp hͦ ītelligo ꝙ olera cōpetāt tūc vt s̄ialia nutrimēta: sȝ vt sic cōpetunt carnes gallinacee ⁊ hmōi. ¶ Ad aliud dico ꝙ qñ eēt nimia calīitas nālis ī stōcho: siue nimia calīitas acq̄sita ex exercitio ꝙ tūc ipsa bñ aduret cibos subtiles: sȝ calīitas accn̄talis illud nō facit: īmo potius calorē nālem ⁊ virtutem debilitat.

¶ Ex cibo etiam nullus ita est replendus vt non sit ibi locus supfluus: sed ab eo est remouēdus reliquijs desiderij adhuc in anima remanentibus: he enim famis reliquie post horam vnam destruūtur. Et in hoc vsus est conseruandus: quoniam deterior comestio est que stomachi facit grauitateȝ: ⁊ deterior potus est qui tēperamentū egreditur ⁊ in stomacho natat.

¶ Hic ponit aliū cañ. ꝺ q̄ʒtitate cibi q dꝫ assumi. ¶ Juxͣ qd̄ nota ꝺ eo qd̄ dicͫ facͫ stōchi grauitatē. s. excedētē: qꝛ oīs cib⁹ q̄ʒtūcūqȝ paucus cū ī p̄nͦ sit ꝯ̄ri⁹ facͫ aliquā grauitatē. Jtē ītellige ꝙ dꝫ eē famelicus ⁊ vti somno: qꝛ tūc calor nālis p ꝯstrictionē sui sup stōchū illud qd̄ supfluū fuerat ꝯsumet̄ ⁊ digeret. Jtē ēt si non pōt dormire dꝫ vti īcessu: qꝛ talis mot⁹ facit cibū descēdere ad fundum stōchi ⁊ sic digeri: vel si nō digerit̄ melius est ꝙ descēdat ad ītestina ⁊ expellat̄ extra q̄ȝ si iret per meseraicas qd̄ ēt facit ille motus.

¶ Sȝ dices ꝯ̄ illd̄ qd̄ dicͫ (Sȝ ab eo ē remouēdus) aliq̄s dicet non vr̄ saltē illd̄ ꝺ tēpato: qꝛ optīa nā tātū appetit q̄ʒtū digerē bñ pōt ⁊ in eo nō dꝫ ī ea retineri appetit⁹. Possum⁹ ad illd̄ dicē vnoͦ ꝙ illud dcm̄ nō ē sic vl'r veꝝ: nā nō ē veꝝ illd̄ ī stōchis calīs vt credo: qꝛ nedū ꝙ ī istis post remaneat appetit⁹: īmo nec ēt añ appetitū. silr̄ ēt nec illd̄ hēbit veritatē ī tēpato: vt tu arguis ita ꝙ illd̄ p̄ᵐ qd̄ dicit nullus ita ē ⁊c̄. bñ ē vl'r veꝝ: sȝ hͦȝ ꝙ postea dicͫ sȝ ē ab eo remouendus ⁊c̄. nō hȝ vl'r v̄itatē. Vel ēt possȝ dici alr̄ p illud qd̄ dicͫ nullus. ¶ Juxͣ qd̄ ītellige ꝙ ꝺsideriū ē 3ͯ. nāle vt illd̄ qd̄ ē alioꝝ mēbroꝝ a stōcho vl' p̄ter stōchū. ⁊ aīale sicͫ qñ aliq̄s ꝺsiderat pomū vl' aliđ cibariū. ⁊ 3ᵐ ē desideriū ex istis dict̄ cōpositū nāli. s. ⁊ aīali q̄le est desideriū stōchi. mō tūc qꝛ quātū ad desideriū aīale hoīes vrplr̄ plus comedūt q̄ȝ debeāt ⁊ q̄ȝ req̄rat ēt ꝺsideriū nāle mēbroꝝ ⁊ cōpositū stōchi: qꝛ ex hoc ꝙ stant in delitijs semp plus comedūt: et iō dicem⁹ ꝙ illud dcm̄ erit verū de desiderio aīali: non aūt de nāli nec de cōposito bñ ordinato: qꝛ talia desideria nō sunt retinenda: ⁊ isto mō bñ illud dictum erit vniuersal'r etiam verum.

¶ Et si aliquo die supfluerit sequēti die famelicus maneat ⁊ somno vtatur ꝓlixiore in loco tēperato in quo neqȝ sit calor neqȝ frigiditas. Qꝫ si somnus ei non aduenerit multo vtatur incessu suauiter ⁊ cōtinuo in quo non sit quies neqȝ requies: ⁊ parū puri vini bibat.

¶ Ponit cañ. de quantitate cibi assumpti: ⁊ quia in hoc contingit errare docet corrigere.

¶ Ruffus inq̄t. Incessus hic mihi placet ⁊ proprie post prandiū: qm̄ bonitatē operationis cene preparat.

¶ Hic qꝛ dixit ꝙ sic dꝫ incedere declarat illud aucto. Ruffi.

¶ Opȝ

¶ Opꝫ ꝑterea vt post comestionē primo sup dextrum latus dormiat pauco tempore: deinde super sinistrum reuolutatur postea reuoluat se super dextrum.

¶ Hic ponit quēdā cañ. q̄ sumpt⁹ est a forma iacēdi. Cā pp quā oꝫ vt dormiat ꝑus sup lat⁹ dextrū. s. imediate anteq̄ȝ cib⁹ descēdat ē hec: q̄ cū fundus stōchi sit in latē dextro: os aūt ei⁹ sit in sinistro: si bene iacet sup dextrū: tūc fundus stōchi est velut inferius ⁊ os ei⁹ vbi est cib⁹ est sicut superius: ⁊ q̄ cib⁹ est ḡuis descēdet ad īferius vt ad fundū stōchi ⁊ ibi digeret. ⁊ iō talis situs in p̄n° multum ꝯfert: sꝫ postea q̊usq̄ȝ fit digō vult ꝙ iaceat sup sinistruȝ. facta aūt digōne vult ꝙ dormiat iterū sup dextrū. si aūt hō nō iret ad iacendū nisi ꝑus q̄ȝ cib⁹ ad fundum stōchi descēdisset: tūc nō oporteret p̊ iacere sup dextrū: imo īmediate deberet iacere super sinistrū.

Dubm 18m ¶ Et iſtud ſufficiat vſq̄ʒ ad finem totius capituli: qꝛ nihil plus dic̄: niſi qꝛ ſup̄ illo. §. Quibuſdā v̄o viſuʒ eſt. hic q̄rit vtrū cōpetat inebriari ſemel in mēſe. Ur ꝙ nō: qꝛ illđ qđ remouet a ſanitate nō cōpetit in regimie ſani. ſed ebrietas eſt hmōi: qꝛ ipſa facit ſodaʒ ſiue dolorē ſic̄ dic̄ Aui. in. 3.: ita qđ ſenſibiſꝛ impedit opōnes marie principales nō cōpetit in regimie ſani. ſed ebrietas eſt hmōi: qꝛ impedit operationes aīales que ſunt marie p̄ncipales: q̄re ꝛc̄. ¶ In oppoſitū eſt hic. A. ꝛ Raſis in ſuo tertio. ¶ Dico ad hoc diſtinguendo ꝛ primo in ꝯſuetudine: qꝛ pōt eſſe aliqs cōſuetus inebriari ꝛ aliqs nō. Itē eſt aliqs qui hʒ caput debile ꝛ eſt aliqs qui nō hʒ đbile. Itē eſt aliquis in quo abūdat cholā ꝛ eſt aliqs in quo nō abūdat. Mō tūc dico ꝙ ſi ſit aliqs cōſuet⁹ ꝛ habeat forte caput ꝛ in eo ēt abundet cholā dico ꝙ cōpetit: ſi aūt nō: nō. Rō primi ſatis pʒ ex dictis: ꝛ ēt ratio ſecūdi ſatis per ſe pʒ. Et qđ tu dicis primo dico ꝙ in illis quos dixi ꝙ nō facit ſodā. ¶ Ad aliud dico ꝙ ebrietas nō impedit opōnes animales niſi quodāmodo ſicut ſomnus etiā facit.

Dubm 19m ¶ Tūc querit. vtrū vinū cōpetat pueris. Ur ꝙ ſic: qꝛ illud qđ cōſeruat pueros cōpetit pueris: qꝛ ꝰm Gal. 6. de re. optima eſt puerorū cōplō: ſed vinū cōſeruat pueros qꝛ eſt calm ꝛ humiduʒ: ſaltē effectiue ſicut ꝛ pueri. q̄re ꝛc̄. Itē qꝛ omne illud qđ facit aliud mai⁹ et veloci⁹ augmētū cōpetit pueris: qꝛ ipſi hoc īdigēt: ſed vinū fac̄ illa qꝛ augmētum fit ex calitate tāq̄ʒ ex agēte ꝛ ex humiditate tāq̄ʒ ex mā: ꝛ vinū vtrūq̄ʒ hʒ qꝛ calm eſt ꝛ humidū. ¶ In oppm eſt Aui. hic: ꝛ Gal. i. 5. de regi. ſa. ¶ Dico ꝙ multū hodie de vino errāt ī puer̄ ꝛ mag̃ in filys diuitū q̄ʒ ruſticoꝝ: vn̄ ꝛ fily ruſticoꝝ pulchriores ſunt filys diuitū in pueritia. Dico tn̄ ꝙ vinū purū nō cōpetit puer̄: ꝛ rō eſt: qꝛ illud qđ īducit nocumēta ſine iuuamētis nō cōpetit: ſʒ vinuʒ in pueris eſt hmōi: quare ꝛc̄. Maior pʒ: minor declarat: qꝛ ipʒ pueris inducit malā cōplexionē calidā ꝛ humidā. Itē etiam replet eis caput ꝛ cerebrū qđ eſt in eis debile: vt dicit Gal. 3. ꝓnoſtic. cō. 36. ꝛ ita impedit operationes anime: ꝛ ſic nocet eis ꝛ in anima ꝛ in corpore. Itē etiam nec īducit ſua iuuamenta: qꝛ cū ſua iuuamēta maxime principalia ſint cholerā euacuare ꝛ humectationē facē: pueri ipſi nullo iſtoꝝ indigent ſed in ſenib⁹: qꝛ eos humectat cōpetit. Et tunc qđ tu dicis p̄mo dico ad ma. vno mō ꝙ non eſt verū qꝛ in eis eſt calitas excedēs: iō nō dʒ ſeruari: ſed ma. ꝯceſſa dico ad mi. ꝙ nō eſt verū ꝙ vinū ipm ꝯſeruet: qꝛ īmo augmētat ſuā calitateʒ ꝛ humiditatē. ¶ Ad aliud dico ꝙ vinū nō facit in eis ad augmētuʒ: īmo potius ꝓhibet ab eo īducēdo cōplōnē malā. Et qđ dicis ꝙ calidū ꝛ humidū illud facit verū eſt naturale: ſed nō illud vini ꝛc̄.

¶ Qui aūt vino repleri voluerit cibo nō repleat: neq̄ʒ rē tunc dulcē comedat ſʒ bibat taphea vnctuoſaʒ ꝛ micas vnctuoſas comedat ꝛ carnē pinguedie mixtā ꝛ inungatur ꝛ nō laboret: ꝛ poſt cibū cū bibē voluerit vtat amigdalis ꝛ lentibus ſalitis ꝛ cauguamec de capparibus: ꝛ ſi comederit caules coctos cū carne ꝛ oliuas de aqua ꝛ eis ſimilia cōfert ei ꝛ iuuabit in bibēdo vinum: ꝛ ſimilr oē qđ vaporē alleuiat ſicut ſemē cauliuʒ de ſyria nabati ꝛ ciminū ꝛ rutha ſicca ꝛ calamētum ꝛ ſal napticus ꝛ ameos. Nutriētia p̄terea in quibus eſt viſcoſitas ꝛ conglutinatio vaporē ingroſſant: ꝛ he q̄dē ſunt velut res vnctuoſe dulces viſcoſe: qm̄ ebrietatē prohibēt: lʒ non multum recipiant vinū: ꝓpea ꝙ tarde penetrant. Ebrietatis aūt velocitas eſt aut ꝓpter cerebri đbilitatē: aut ꝓpter multos humores qui ſunt in eo: aut ꝓpter vini fortitudinē: aut ꝓpter cibi paucitatem: aut ꝑꝑ regiminis malitiā in ipſo: aut in eo qđ cum ipſo cōtinuat. Et eius quidē que ꝓpter cerebri đbilitatē eſt: medicatio eſt reumatiſmi antiqui ſedatio ex epithimatibus in capitulo primo noīatis ꝛ ne ex eo bibatur niſi paucū. Syrupus qui ebrietatē tardat ſucci alboꝝ caulium pars vna ꝛ ſucci granatoꝝ acriū pars vna ꝛ aceti p̄s media ſumant ꝛ ferueant ebullitionibus aliqbus ꝛ ſumat inde anteq̄ʒ vinū bibat. ℥. i. Sumantur etiam grana ſalis ꝛ ruthe ꝛ cimini nigri ꝛ ſiccētur ꝛ comedatur inde granum poſt granum. Sumatur ꝛ ſemen caulium de ſyria ꝛ ciminum ꝛ amigdale amare excorticate ꝛ ramnus ꝛ abſinthiū ꝛ ſal naptic⁹ ꝛ ameos ꝛ rutha ſicca: ꝛ ſumat ide in potu qui caliditatis nocumētū nō timet duaꝝ. ℥. pōdus cum aqua frigida ieiunus.

¶ Hec diuidit in duas. Nam p̄ docet preſeruare a nocumentis ne fiant. Scđo docet corrigere iam facta. ibi (Ex eis p̄terea.) P̄ria in duas. Nam primo docet preſeruare a pluribus. Secundo ſpecialiter ab vno. ſ. ab ebrietate. ibi (Ebrietas autem.)

¶ Ex eis p̄terea que ebrij remouent ebrietatē eſt vt ei ad bibēdū detur aqua ꝛ acetū multis vicib⁹: aut aqua almaſal aut raib acetoſuʒ: ꝛ fiat vt ipſe odoret cāphoram ꝛ ſandalū ꝛ ſuper ipſius caput ponant infrigidātia repercuſſiua

tia repercussiua sicut oleũ rosaceũ cum aceto de vino. Ebrietatis vͦo sanationez in particularibꝰ nominabimus. Qꝫ si qs cito sine aliquo ĩpedimẽto inebriari voluerit in suo vino infundat vsnee aut lignũ aloes ĩduz. Et qui fortiter vult ebrietatẽ ĩcurrere ideo vt mẽbruz medicatiõe dolorẽ faciẽte sanet in suo vino aquã loꝝ ponat aut sumat fumiterre ⁊ opij ⁊ iusquiami.añ.ʒ.5.⁊ nucis muscate ⁊ gallie muscate ⁊ ligni aloes crudi.añ. ʒ.vniꝰ sexta: ⁊ inde ad bibẽdũ det in vino q̃ntũ est ei necessariũ: aut iusqamũ nigrũ cũ corticibꝰ mãdragore in aq̃ coquat donec rubea fiat ⁊ eã vino admisceat.

¶ Hec diuiditur in duas. Primo docet remouere ebrietatem inductam. Secundo docet eam inducere. ibi (Qꝫ siquis cito.)

¶ De somno ⁊ vigilijs. Cap.9m.

De sermone cause somni nãlis ⁊ subeth ⁊ contrarioꝝ ipsoꝝ ⁊ vigiliarũ ⁊ insomnietatꝫ ⁊ qd faciẽdum sit in medicando vnũqdqꝫ eoruz ⁊ in remouẽdo ipsum cuz fuerit impediẽs: ⁊ qd vnũquodqꝫ eoꝝ significet ⁊ reliqua ab eis iã in suo loco parũper p̃misimus: ⁊ in medicatione pticulari adhuc dicemus. Sꝫ qđ ĩ hoc loco dicemus ẽ ꝙ somnus tẽperatus virtutẽ naturalẽ potẽtẽ efficit pficiẽdi suas operationes ⁊ est animalẽ virtutẽ quiescere faciẽs: ⁊ in eius substantia augmẽtuz p̃bẽs: ita vt fortasse redeat propterea ꝙ laxat ad prohibẽdaz spiritus qualiscũqꝫ fuerit resolutionẽ: ⁊ ppter hoc digerit cibuz ſm digestiões noiatas: ⁊ succurritur cũ eo debilitati q̃ accidit ex spẽbus resolõnis q̃ est ex fatigatione: aut coitu: aut ira: aut reliquis ab istis. Somnus p̃terea tẽperatꝰ cuz humoꝝ inuenit equalitatẽ in quãtitate ⁊ qualitate est humectãs ⁊ calefaciẽs: ⁊ est res magis pficiẽs senibꝰ: qm̃ in eis humiditatẽ cõseruat ⁊ ipsaz eis reducit: ⁊ pp hoc dixit Gal'. Comedo quaqꝫ nocte olera ex lactucis facta cum aromatibꝰ. Ex lactucis qdẽ ppterea ꝙ dormire faciunt. Et cũ aromatibus ad emẽdandam eoruz frigiditatẽ. Et dixit q2 ego sum nunc diligẽs somnuz: nam ego sum nũc senex ⁊ cõfert mihi humiditas quam somnus mihi facit. Et hoc quidẽ est regimẽ conueniẽs ei cui rebellat somnus. Et si p̃mittatur vt ipse balneet postq̃ꝫ cibi quez sumpserit complebit digestio ⁊ super ipsius caput multa aqua calida pijciatur erit hoc conueniẽs adiutorium. Regimẽ vͦo hoc fortius in medicationibus noiabimus. Sani ergo de re somni cogitare debẽt vt ipsius tẽperate exhibeatur ⁊ in sua hora ⁊ nõ supflue: ⁊ ab impedimẽto sibi caueãt qđ cerebris ipsorum ⁊ omnibus suis virtutibꝰ afferunt vigilie. Homo p̃terea multotiens vigilare cogit ⁊ somnum a se repellere timore syncopis ⁊ casus virtutis: melior quoqꝫ somnus est ille qui est profundus. Et melior sil'r somnus est ille qui puenit postq̃ꝫ cibꝰ a supiori vẽtre descẽdit ⁊ post quietẽ eius qđ forsitan sequitur ipsuz ex inflationibus ⁊ rugitibus: quoniaz dormire sup hoc multis impedit modis: imo nõ sapit neqꝫ cõtinuatur ab instabilitate ⁊ reuolutione de latere in latus ⁊ est impediẽs ⁊ cum suo impedimẽto nocet dormiẽti. Quapp si descẽsus tardauerit parũper incedere debꝫ postea dormiat. Amplius sup vacuitatẽ dormire est malum ⁊ virtutẽ deijciens: ⁊ super repletionez anteq̃ꝫ a superiori vẽtre fiat descẽsio est malum: qm̃ non erit pfundus: imo erit cum reuolutione de latere in latus. Cũ enim nã in ipso sollicitatur cuz eo quo sollicitari solet in hora somni ex digestione deterrẽs expergefactio ⁊ disturbans eã reintroducit ⁊ fit natura stupida ⁊ corrũpitur digestio. In die quoqꝫ dormire est malum: gñat enim egritudines humectantes ⁊ reumatismos: ⁊ corrũpit colorẽ ⁊ generat splenẽ ⁊ laxat neruos ⁊ efficit pigritiam ⁊ debilitat desiderium ⁊ gñat apostemata ⁊ febres frequẽter. Et ex causis suorum nocumẽtoꝝ est vt cito interrumpat ⁊ nãm ab eo in quo erat stupidã reddat. Ex somni aũt nocturni bonitatibus est ꝙ est cõtinuus ⁊ pfundus: lꝫ qui in die dormire cõsueuit ipsum subito interrumpere non dꝫ absqꝫ ordine. Sꝫ que ex figuris somni ẽ melior est vt sup dextrum incipiat latus: ⁊ deinde ad sinistrum reuoluatur. Qꝫ si eius inceptio sup vẽtrez fiat auxiliũ fert satis magnũ in digerẽdo: ppterea ꝙ calorem retinet nãlem ⁊ ipsum cõprehẽdit quare auget. Resupine aũt dormire est malũ ⁊ ad malas preparãs egritudines sicut apoplexiaz ⁊ frenesim ⁊ incubum: qm̃ supfluitates ad posteriora declinare facit ⁊ retinent ⁊ per suos nõ incedũt cãnales nãles q sunt ab anterioribus sic̃ nares ⁊ palatũ. Et somnũ q resupine fit solẽt incurrere ĩfirmi debiles pp illud qđ musculis eoꝝ accidit ex debilitate ⁊ eoꝝ mẽbris: ⁊ q2 vnũ latus aliud ferre nõ põt: imo cito resupini voluunt: qm̃ dorsum latere fortius existit. Et pp hoc apto ore dormiũt pp d̃bilitatez musculoꝝ qbꝰ mãdibule stringuntur. Et hoc qdẽ in libris particularibus capitulum hꝫ integrum.

¶ Cũ determinatũ sit de re. p cibũ ⁊ potũ: hic deter. de re. p somnũ. Et p̊ remitit nos p sufficiẽtiori determinatiõe ad alia loca. Scđo exequit. ibi (Sꝫ ꝙ in hoc loco.) Et hec in duas. Prio p̃mittit iuuamẽta eius. s. somni ex qbus habet hec necessitas determinãdi de eo. Scđo exequit de hmõi re. ibi (Sani ḡ.) Et hec in tres. Prio ex pte q̃ntitatis. Scđo tpis. ibi (Et melior sil'r somnus.) Tertio d̃bitã horam ex parte inanitionis ⁊ repletionis. Secũdo ex parte diei ⁊ noctis. ibi (In die quoqꝫ.) ¶ Juxta istud capituluz intellige ꝙ somnus simpliciter naturalis est ille qui fit ppter resolõnẽ virtutis animalis ⁊ ppter digestionẽ: ẽt somnus autẽ appropinquãs huic est somnus q fit post exercitiũ ⁊ post euões: somnus aũt simpl'r innãlis est vt subeth que fit a frigiditate ⁊ humiditate.

¶ Sꝫ dices cũ isomnietas sit q̃dã dispõ media ĩter somnũ ⁊ vigiliã ipsa nõ ꝯriat subeth. Dico ꝙ isomnietas ppe nõ ꝯriat ei sꝫ vigilie ppe: sꝫ ꝯriat ei vt mediũ ꝯriat ex̃mis. ¶ Ulteriꝰ postea ĩfra intellige ꝙ in somno attendit duplex quãtitas. s. quãtitas que est longitudo horaꝝ ⁊ etiã quãtitas q̃ est eius pfunditas: mõ tũc de vtraqꝫ dꝫ cõseruator esse sollicitus: ista ẽt quãtitas horaꝝ nõ bene ponit: sed in tẽperatis pꝫ quidem debet esse quãtum ipsi appetunt ⁊ seruato. s. reliquo bono regimine: sed flegmaticus dꝫ dormire minus q̃ꝫ appetat ⁊ cholericus posset dormire plus q̃ꝫ appetat. Dubm 1m

¶ Sꝫ dices ĩfra syncopis fit: aut ex aggrauatiõe: aut ex resolõne: sꝫ somnꝰ fac̃ ad resolõnis phibitionẽ. Itẽ ẽt somnꝰ digerit humores aggrauãtes: ⁊ ita ĩ vtraqꝫ syncopi dꝫ somnꝰ eligi ⁊ nõ phiberi. Dico ꝙ 2x ẽ syncopis. vna ẽ q̃ ẽ ex calore subito moto ab ĩterioribus ad exteriora. ⁊ alia est syncopis ex calore subito moto eꝯrio. s. ab exterioribꝰ ad ĩteriora q̃lis ẽ ĩ magno ⁊ subito timore. Mõ tũc dico ꝙ ĩ pͣ syncopi nõ dꝫ phiberi somnꝰ: ĩmo potiꝰ ĩduci q2 illud est tũc directe cura ĩ tali syncopi ⁊ ibi multũ nocẽt fricatiões: in alia aũt syncopi ꝯria dꝫ phiberi somnꝰ vl' ex toto vl' saltẽ multũ diminui. Et h̃ pꝫ: q2 si tũc fieret somnꝰ: tũc ẽt maior fieret ꝯculcatio caloris ĩ ĩterioribꝰ ⁊ sic citiꝰ moriret. Et qđ tu dicis. dico ꝙ rõne cãe bñ cõpetit sꝫ rõne syncopis nõ cõpetit. Itẽ ẽt qñ fit ab hũoribꝰ sed fit vl' a tristitijs vl' a fumis venenosis tũc somnꝰ maxie phibet. Dubm 2m

¶ Sꝫ tu dices vlterius hic qd meliꝰ vel expectare ꝙ cibꝰ p se descẽdat vel incedere parũper vt descẽdat ⁊ postea ire dormitũ. Videt ꝙ fit melius incedere q2 quãto cibꝰ citius descẽdit ad fundum stomachi tanto est melius: sed si incedat citius descẽdit q̃ꝫ si qescat ⁊ Dubm 3m

expectet: qre 7c. ¶ In oppo^m est Aui. in lra. ¶ Dico q̄ qdā pp istaz lraz quapp 7c. tenēt q̄ sit melius quiescere: sȝ ego credo q̄ sit melius ambulare pp illud qd̄ dixi: 7 iō opȝ me tūc rūdere ad textū. dico q̄ nō vult. A. per hoc illud dicere. s. q̄ prius debeam⁹ qescere 7 postea ambulare: sed vult dicere. s. q̄ prius debeamus 7c.

Dubm 4m ¶ Ulteri⁹ dices q̄ dormire in die est bonū. p̄ ex experiētia qȝ multos iuenimus iuuari: 7 si nō dormiāt in die non possunt aliqd facere. Itē ēt rōne qȝ maxime somnus eēt bonus cū mag̃ idigeremus ꝯfortatione digestiue: qȝ somn⁹ fit pp digestionē: sȝ in die mag̃ idigeremus ꝯfortatione digestiue: qȝ ipsa tūc debilitaṫ 7 a sole 7 a luce. Itē in illa hora in qua maxime idigemus ꝓhibitione resolonis somnus est mag̃ necessarius hoc est in die. qre 7c. ¶ In oppositū est hic Aui. ¶ Dico distiguēdo 7 ex pte cōsuetudinis 7 q̄ntitatꝭ noctis: nā sunt aliqui cōsueti semp dormire de die 7 aliqui nō. Itē ēt q̄nq̄ȝ noctes sunt magne 7 sufficiētes: 7 q̄nq̄ȝ sunt pue 7 non sufficiūt. Nō dico q̄ si ipsi istud ꝯsueuerūt 7 noctes sunt parue: ita q̄ nō sufficiūt q̄ tūc i die dormire ē bonū: sȝ si nō consueuerint 7 noctes sūt magne ita q̄ bn̄ sufficiūt: tūc dico q̄ dormire ē malū. Rō pmi 7 scdi ēt satis pȝ. Et qd̄ tu dicis p̄ dico q̄ illud est veruȝ si illa hora sit ordinata: 7 ēt si somn⁹ sit ita ꝓfundus: sȝ in die hoc nō est. Et si dicas. si aliqs bn̄ comedat de mane q̄ bene dormiat in die ꝓfunde: dico q̄ nos nō debemus de mane tantū comedere.

Dubm 5m ¶ Ulterius hic dices vr̄ q̄ dormire resupine sit bonū. p̄ auctoritate eius superius in cap̄ de re. pueroꝝ vbi p̄cipit q̄ ipsi iaceant resupine. Item rōne. ille situs est melior in quo virtus aīalis minus laborat 7 magis quiescit: sed hoc est iacēdo resupine. s. super dorsum: tunc eniȝ virtus lacertoꝝ non laborat sed sup lat⁹ sic. ¶ Dico ad hoc vt ipse Aui. dicit 7 sufficiunt rōnes sue. Et qd̄ tu pmo dicis dico q̄ ipse non precipit eos iacere vt sic dormiant sed vt rectificentur 7 formentur melius eorum membra. ¶ Ad aliud dico q̄ illud est verum nisi essent alia nocumenta ex illo: sed sequunṫ nocumenta vt dictum est. In hoc terminatur snīa totius capituli.

## ¶ De eo quod ab hoc loco ad posteriora reseruanduȝ est. Cap. 10m.

Quod ab hoc loco ad posteriora reſuare debem⁹ ex eo qd̄ hic dici solet ē res coit⁹ 7 ipsi⁹ tēperamētū 7 emēdatio impedimēti eius. Et nos qdē ad posteriora reseruabim⁹ loq̄ d̄ eo in libris particularib⁹. Ex eo qd̄ h̄ ēt dr̄ est res medicinaꝝ vētrē soluētiū 7 ablationis ipedimēti earū: 7 nos qdē in qbusdā eoꝝ reseruabim⁹ sermonem ad nr̄as dictiones de medicationib⁹ 7 in qbusdā eoꝝ ad ſmones nostros de medicinis vētrē soluētibus. Uerūtn̄ dicemus q̄ sanitatis ꝯseruator vti dȝ euōne que fit cū solutiuis 7 diureticis 7 sudorē ꝓuocātib⁹ 7 sputū ꝓducētibus. Et mulieres qdē cum mēstrua ꝓuocantib⁹ ex eo qd̄ modo declarabimus 7 te scire faciemus.

¶ Prius d̄terminauit d̄. 3. reb⁹ qb⁹ pl'm sanitatꝭ ꝯsistit. s. d̄ exercitio cibo 7 potu: 7 d̄ somno 7 vigilijs: hic d̄termiat breuiter d̄ re. p aliqs res. Et p̄ remittit nos p d̄terminatōe q̄rūdā ad alia loca. Scd̄o aliqd determinat hic de qbusdam. ibi (Uerūtamē dicemus.)

Dubm pm ¶ Sȝ dices videṫ q̄ debuerit determinare de regimine per coituȝ 7 nō reseruare: primo qȝ sic etiā docet. G. per ipsum ꝯseruare regimen 7 in. 6. de regimine: 7 in. 3. thegni. Itē etiaȝ de eo per qd̄ sanitas ꝯseruaṫ dȝ hic determinari: sed per coitum cōseruaṫ sanitas: vt ipse dicit. G. in. 3. thegni. tex. cō. 35. qre 7c. Dico q̄ si de ipso hic determinasset nō fuisset malum: imo magis fuisset pfecta sua doctrina: sed hoc ideo ipse fecit qȝ eius correctio. s. coitus spectat ad particularia mēbra: 7 hoc ptinet ad libros pticulares: 7 ideo non curauit hic determinare de ipso: sed facit in libro. 3.

Dubm 2m ¶ Sȝ dices ēt postea. G. 7 alij auctores docēt cōseruare ēt p inanitionē 7 per accn̄tia aīe 7 per aerē: 7 iste nihil de eis dic̄. Dico q̄ sine dubio ad hoc vt bn̄ cōseruet sanitas requiriṫ bonus aer 7 cōuenientia anime accn̄tia 7 alia ꝓhiberi: 7 sil'r inanitio 7 repletio. Uerūtamē qȝ nō cadit magnū artificiū in approximatione istoruȝ: qȝ quilibet scit q̄ tristitia 7 ira sunt fugienda: 7 q̄ aer ēt fetidus 7 nimis calidus est fugiēdus: 7 iō de istis nō curauit ēt ponere.

Dubiū 3m ¶ Item etiam dices nō videṫ q̄ medicine solutiue competāt in regimine sanitatis. pmo qȝ. G. dicit. 2. de re. q̄ motus medicinarum non competit in conseruatione vel regi. sanitatis. Itē ēt rōne qa ipsa. s. solutiua multū alterant 7 mutant: 7 ita ipsa nō ptinent huic arti. s. ꝯseruatiue. Dico q̄ si corpus sit bn̄ ex se dispositū: 7 cuȝ hoc vtiṫ debito 7 bono regimine in alijs: dico q̄ ab istis medicinis necesṫ nec dȝ eis vti: sed si ipm sit distemperatum 7 male dispositum nāliter: vel etiā si sit tēperatū vtitur tn̄ malo regimine gn̄ante superfluitates qȝ debēt euāri: dȝ vti talis dictis medicinis. Et isto 2o mō intelligit hic Aui. Et in hoc termineṫ snīa istius capituli.

## ¶ De ꝯfortatiōe mēbroꝝ 7 corpoꝝ d̄biliū 7 impinguatiōe 7 magnificatiōe corpis vel carniū ipsoꝝ. Ca. 11m.

Membra debilia 7 pua cōfortanṫ 7 augmētātur in eo quidē qui adhuc i tpe existit augmēti 7 in tēpore vltimo augmēti fricatione tēperata 7 exercitio assiduo qd̄ sit eis ꝓpriuȝ: deinde de emplastro ex pice. Retētio quoq̄ȝ anhelitus in hūc ingrediṫ modū 7 ꝓprie cum mēbrū pectori 7 pulmoni fuerit vicinuȝ. v̄. g. p̄cipiemus illū parū pcurrere q crura hȝ gracilia postea tēperataȝ ei adhibebimus fricationē: deinde ex pice empl'm apponemus postea secūda die fricationē custodiemus sicut erat 7 tertia sil'r: 7 augmētabimus exercitiū nisi amplitudis venaꝝ apparuerit significatio 7 descēsionis materieruȝ: qm̄ timor tunc erit in vnoquoq̄ȝ mēbro ne aп̄a accidat 7 nocumētuȝ ex repletione veniēs qd̄ est ipsi ꝓprium queadmoduȝ timētur h̄ varices 7 elephātia. Cum g̃ aliquid huius gn̄is apparuerit minuemus ex exercitio qd̄ p̄us iniunctū fuit 7 ex fricatione: deīde faciemus ipm qescē 7 resupinū iacere 7 eleuabimus mēbruȝ illud. v̄. g. vt in primo qui hȝ crus siccuȝ p pedē suum 7 fricationeȝ faciemus ꝓprie cōuersam. s. postremo ad radicē. Qȝ si voluerimus hoc efficere i mēbro qd̄ sit iuxta mēbra āhelitus: sitq̄ȝ. v̄. g. pectus ligabim⁹ qd̄ ē sub eo ligaturas que in stringēdo sit media: 7 in latitudine eq̄lis postea p̄cipiemus ei vt vtatur exercitio manuū 7 fortis anhelitus emittēdo voces 7 clamorē magnū 7 fricatiōe leui. In libris p̄terea particularibus pueniet ad te qualiter hec summa exquisite diuidatur. Illud igitur in libro decorationis ꝯsiderabimus si deus voluerit.

¶ Ista pars debuit diuidi superius ꝯ 2m capl'm istius fen si fuisset lectū: dico ergo q̄ prius determinauit de re. ꝓut distinguiṫ s̄m diuersitatem complexionū siue etatum: hic d̄terminat de re. ꝓut diuersificatur a parte cōpositionis. s. quantitatis membroruȝ. s. magne vel parue 7 ꝓprie magne parue. Et pmo facit hoc in generali. Secūdo in speciali adducēdo specialia exēpla. ibi (v̄. g. precipiemus.) Et hec in duas. Primo adducit duo spālia exempla s̄m duo mēbra. Secundo remittit nos pro alijs extremis. s. s̄m alia mēbra ad alia loca. ibi (In libris preterea.) Prima in duas s̄m q̄ duas ponit exempla. Primo ponit vnuȝ circa crura. Scd̄o aliud circa pectus. ibi (Qȝ si voluerimus 7c.) ¶ Iuxta qd̄ nota q̄ signanter dicit in tempore existit augmenti: qȝ s̄m q̄ Gal'. dicit. 5. de regi. sa. membra debilia in senibus non debent exercitari propterea q̄ ea exercitium magis debilitat resoluendo.

Dubm pm ¶ Sȝ dices ipse ponit q̄ mēbra debilia cōfortanṫ illis. 3. s. fricatiōe exercitio 7 emplastro illo. Dices nō vr̄ qȝ possunt mēbra eē d̄bilia ꝓpter cōpl'onem malā excedēter cal'aȝ. sed cū illa tria oīa mag̃ calefaciāt magis debilitabunt queādmodū est in feb. Dico q̄ mēbra possunt esse debilia 7 rōne cōplexionis 7 rōne quantitatis: mō ipse nō intelligit hic rōne cōplexionis sed quātitatis diminute.

Dubm 2m ¶ Itē dices nō vr̄ q̄ retentio anhelitus faciat illud. s. augmētum in mēbro vicino: qȝ imo illud facit solum in pectore 7 nō in membris vicinis. Itē ēt Gal'. hoc dicēs in. 3. thegni tex. cō. 63. solum dicit de pectore 7 de membris vicinis nihil dicit. Dico q̄ sine dubio maxime retētio anhelit⁹ vȝ solū in pectore imediate veꝝ qȝ ibi fit tunc caliditas augmētata: ideo ēt 7 vicina mēbra augmētanṫ secundario: 7 ideo. A. hic sic dicit. Itē itellige q̄ illa tria remedia fiūt: quia hic est necessariū attrahere nutrimentū ad illud mēbrū 7 ibi ipm retinere 7 facere ēt ipsum cōuerti in sb̄am membri: ista aūt remedia hic dicta modo faciunt: nā fricatio 7 exercitiū attrahūt nutrimentū 7 etiā empl'm. Itē ēt illud empl'm de pice ēt illud attractuȝ retinet appropriate 7 nō pmittit ipm resolui: nec exhalare. Item

illa. s.

illa.s.exercitiū ꝛ fricatio faciūt ipm cōuerti in mēbrū cōfortando
calorem mēbri ꝛ aperiendo poros eius. Itez nō intelligas ꝙ illud
factum cōpleatur in dieb⁹ tribus soluz: qꝛ non ponit de pluribus:
sed intellige illud ēt in diebus alijs postea sequētibus ꝙ illud silr
fiat. Itē non intelligas ꝙ semp de die in diē semp augmētet exer-
citiuz: qꝛ qñ satis est augmentatū nō dz plus augmētari sed sic cō-
seruari. Itē postea ītellige ꝙ ista significatio est ꝙ ibi in loco ap-
pareat aliqua caliditas ꝛ rubedo: ꝛ ꝙ sit ēt debilitas mēbri. Item
intellige ꝙ dicit (conuersam) qꝛ quādo nos non volumus attrahē
nutrimētuz plus ad vnā partem ꝙ̄ ad aliam: sed equaliter ad oēs
tunc debemus facere fricationes ſm omnes situs ꝛ ad oēm ptez:
sed qñ appropriate attrahere volumus humores vel nutrimētuz
ad vnam partē tm̄: tunc debemus facere fricationē versus partē
illam solūmodo qꝛ prius faciebamus de supiori ad īferiora facie-
mus nunc de inferiori ad superiora qđ est conuersum.

Dubm 3m ¶ Sz postea dubitabis de ordīe approximatiōis istoꝝ remediorū.
Et vī ꝙ p̊ debeat approximari emplm̄ de pice auctoritate. H. q h
dicit in. 5. de re. sa. ꝙ prius dz approximari emplm̄ de pice. Itē nō
vī eē bonus ordo in alio: qꝛ cū fricatio disponat ad exercitium dz
p̄cedere exercitiū ꝛ nō sequi vt supra habuim⁹. ¶ Dico ꝙ ordo dz
eē talis: nā p̊ dz fieri fricatio p̄paratoria ꝛ postea exercitium ꝛ po
stea fricatio reductoria ꝛ vltimo emplm̄ de pice: qꝛ si prius face-
remus emplm̄ de pice nō posset bn̄ postea fricatio in eo fieri nec
exercitiū: ꝛ qđ Gal. ēt dicit ꝙ illud emplm̄ est prius ītelligit ꝙ est
prius oībus alijs remedijs. s. via pfectionis: nō aūt ꝙ prius tpe d-
beat approximari. ¶ Ad aliud dico ꝙ ipse solū posuit hic de frica-
tione reductoria: qꝛ ipsa est vt vnū pricipale remediū: ꝛ dedit ītel-
ligē p̄paratoriā pp qđ ipsa nō fit nisi pp exercitiū: ꝛ iō ñ dixit d ea.

Dubm 4m ¶ Itē dices male dicit ꝙ tūc dbet exercitiū puū siue parūper: quia
Gal. dic̄ ꝙ tūc dbemus approximare cursuz maiorē aliquo alio.

Dubm 5m ¶ Item etiam dices male etiam dicit fricationem temperataz: qa
Gal. dicit fricationem minorem.

Dubm 6m ¶ Item cum exercitiū sit maior motus ꝙ̄ fricatio debet p̊ augmē-
tari fricatio ꝙ̄ exercitium.

Dubiū 7m ¶ Itē cū exercitiū resoluat nō dbemus pcedere ipm augmentādo.

¶ Dico ad primū ꝙ in p̄ma die dz eē exercitiū paruū ī z° dz postea
augmentari non in lōgitudine sed in fortitudine: vt augmētemus
caliditatē in membro: ꝛ qđ dicit. H. nō intelligo ꝙ dicat ꝙ debeat
esse maior in prima die ꝙ̄ in sequentibus: sed dz esse maius ꝙ̄ exer
citium alioꝝ membroruz. ¶ Ad zm dico ꝙ fricatio est multiplr. s.
multa ꝛ pauca ꝛ media dura mollis ꝛ media: mō tūc ſm. H. non dz
esse media inter multam ꝛ paucā sed dz declinare parum ad pau-
cam sed dz esse media inter durā ꝛ mollē. ¶ Ulterius ītellige ꝙ il-
la remedia ꝛ superiora cōpetunt in corpore mūdificato: qꝛ in alio
s. in non mūdificato inducerent egritudines in membro ꝛc̄.

## ¶ De lassitudine que sequitur exercitia. Cap. 12m.

Lassitudinis species sunt tres qb⁹ addit̄ quar-
ta. Et modi qb⁹ accidit sunt duo. Ei⁹ v̊o spe-
cies sūt tres vlcerosa extēsiua ꝛ ap̄osa. Et illa
qdem q̄ hic addit̄ est lassitudo q̄ vocat̄ dsic-
catiua ꝛ arefactiua. Ulcerosa igit̄ est lassitudo ex qua
qui eā icurrūt in supficie corporis tact⁹ vlceꝝ silitudi-
nē sentiunt ꝛ in cutis pfunditate ꝛ orificijs pfunditate
ipsi⁹. Et est cū hoc sentit qñ ipse tāgit̄ ꝛ est cū hñs eam
sentit illud in suo motu. Et est cū sentit q̄si pūcturā spi-
narū ꝛ abhorret motus ita vt extēsiōes alaꝝ ēt exten-
dant̄ cū debilitate. Cūq3 fortior fit accidit ei horripila
tio. Et cū augmētat̄ accidit ei tremor ꝛ febris. Et ipsi⁹
quidē causa est multitudo supfluitatū subtiliū ꝛ acuta-
rū ꝛ liquefactio carnis ꝛ adipis pp mot⁹ fortitudinem.
Et ad vltimū humores mali qui si per venas discurre
rēt bonus sanguis qui est ī venis corrūperet̄. Et ppea
ꝙ ad partē cutis declinauerūt minutū fuit nocumētū.
Minus nāq3 malū qđ efficere pñt est vt hoc lassitudi-
nis genus accidat: ꝛ si parumper moti fuerint accidet
horripilo: ꝛ si plus moti fuerint accidet tremor. Et est
ēt cū humores acuti ab istis separant̄ ꝛ crudi remanēt
in venis. Et est ēt cū crudi in carne existūt. Extēsiuam
v̊o hñs sentit suū corp⁹ q̄si fractuz: ꝛ sentit calorē ꝛ ex-
tensionē ꝛ abhorret motū vsquequo abhorreat resupi
nādo ad posteriora flecti: ꝛ proprie si ex labore fuerit.
Et ipsa qdē est ex supfluitatib⁹ retentis in musculis: q̄
tñ bone existūt subē: ꝛ non est in eis mordicatio aut ex
vētositate. Inter eas v̊o existit sepatio cū dispōne leui
tatis ꝛ grauitatꝭ. Et ipsa ēt multotiēs accidit ex somno
nō cōpleto. Cū eni post somnū accidit cōpletū: alia est
ibi diūsitas que spērū peior est. Et que ex ea peior est
cū musculoꝝ villi ſ3 rectitudinē tēdunt̄. Ap̄osa āt las-
situdo est vt corp⁹ sit solito calidi⁹ ꝛ sit inflatio simile
in magnitudīe sui ꝛ colore: ꝛ accidit ei nocumētum cū
tāgitur ꝛ mouet̄: ꝛ sentit ei⁹ extēsionē. Lassitudo autez
dsiccatiua ꝛ arefactiua est dispō p quā sentit hō in suo
corpe: ac si siccaret̄ ariditate supflua. Et ipsa qdē acci
dit aut ex multo exercitio cū bono chimo: aut ex redi-
tione aspera. Et qñq3 ēt accidit ex siccitate aeris ꝛ ex
diminutiōe nutrimēti ꝛ ex multo ieiunio. Modi aūt q-
bus accidit lassitudo sunt duo. Et ipsi qdē sunt qꝛ lassi
tudo: aut accidit pp exercitium: ꝛ hec est magis secura
cui⁹ sanatiōis via modū h3 qui ei est pprius. Aut acci-
dit ex se ꝛ hec qdē egritudis est āncessio cuius medica
tionis via ppriū h3 modū qui sibi pprius est. Et est ēt
cū vna alij ꝯiungit̄ ſm suarū materierū cōpōnē: aut p
seipsas: aut p exercitiū. Cūq3 simpliciū noueris regimē
ad cōpositarū regimē illud mouebis ſ3 regulā quā ti-
bi dicā. Et hoc est ꝙ in p̄mis op3 te maiorē hr̄e sollici
tudinē de re que maiorē icurrit terrorē regēdo illđ ēt
qđ est sub ea. Et fortasse qđ magis terrefacit magis ē
terrefaciēs pp tres res: aut pp fortitudinē: aut pp no-
bilitatē: aut pp subaz. Cūq3 in eo qđ op3 ex istis condi
tionibus due aut tres ꝯiungētur erit hoc magis terre-
faciēs nisi vna que remāserit duab⁹ fortior fuerit adeo
vt ipsis resistat. v̊. g. lassitudo nāq3 apostemosa fortior
est ꝛ nobilior vlcerosa. S3 si vlcerose substātia a tēpe
ramēto ꝛ cursu naturali valde fuerit remota duobus
apostemose modis propter nobilitatem ꝛ fortitudinē
resistet ꝛ p̄mittetur super ipsam. Si v̊o nō valde remo
ta fuerit apostemosa super ipsam premittetur.

¶ Prius determinauit de re. qđ debet̄ adolescēti: mō qꝛ nō contin
git adolescētē ēt sibi soli viuentē quin incurrat aliqñ lassitudies ꝛ
plures alias dispōnes: ideo hic dterminat de curis earuz. Et p̊ no-
bis notificat spēs ꝛ modos lassitudinis. Scđo dterminat de cura
illoꝝ ꝛ aliaꝝ dispōnū. ibi (Cūq3 simpliciū.) Itez p̊ notificat species
simplices. Scđo breuiter pertrāsit de compositis. ibi (Et est etiaz
cū vna.) Item p̊ ponit distōnez lassitudinis in suas spēs ꝛ modos.
Scđo illas spēs ꝛ modos dclarat. ibi (Statim eius v̊o sunt.) Et p̊
manifestat spēs. Scđo modos eius. ibi (Modi aūt qbus.) Primo
pponit que sunt ille spēs lassitudinis. Secūdo vnāquāq3 illarū de-
clarat ꝛ per ordinē manifestat. ibi (Ulcerosa qdē.) Et ista in duas.
Nam p̊ declarat spēs tres que ponunt̄ ſm oēs. Scđo manifestat
spēm aliā 4am que ponit̄ ſm aliquos. ibi (Lassitudo aūt desiccati-
ua.) Pria in tres ſ3 ꝙ tres sunt ille lassitudiēs. Scđa ibi (Extēsiua
v̊o.) Tertia ibi (Ap̄osa autē.) Prima in duas. Prio manifestat vl-
cerosam a parte suoꝝ accñtiuz ꝛ sui subiecti. Scđo manifestat eā
a parte suaꝝ cāruz. ibi (Et ipsa qdem est.) Tūc illa. (Lassitudo aūt
desiccatiua.) silr diuiditur in duas. Quia p̊ declat eā a parte suo-
rum accñtium. Scđo a parte cause. ibi (Et ipsa qdez accidit.) Tūc
illa (Cūq3 simpliciū) determinat de curis eoꝝ ꝛ aliaꝝ dispōnum: ꝛ
mirabiliter itermiscet ꝛ inordinate pcedit: qꝛ prius dbuisset dter
minare de lassitudine ꝛ postea de dispōnib⁹ alijs: sed non est vis sic
procedit. Quia primo tres facit. Naz primo determinat de cura-
tione specierum compositarum lassitudinis. Secūdo determinat
de cura quarūdam aliarum dispositionum similiū lassitudini sicut
sunt alices ꝛ oscitationes. ibi (Alices sunt.) Tertio dterminat de

curis specierum simplicium lassitudinis etiã intermiscẽdo adhuc de curis aliarum dispõnum. ibi (Dicemus ꝙ studium.)

Dub^m p^m ¶ Juxta h̃ q̃rit q̃re habuit illũ modũ loquẽdi q̃re nõ dixit absolute ꝙ. 4. Dico ꝙ illud fecit pp duo. Primo q̃ oẽs ponũt. 3. sed illa. 4. nõ ponit ab oib⁹ sed quidã eã addũt. Alia rõ est: q̃ vt. 4. de re. habetis illa. 4. nõ est ꝑprie lassitudo ideo sic dixit. Item nota ꝙ iste spẽs. 3. vel. 4. sunt spẽs simplices sed cõposite sũt multo plẽs. Itẽ intellige ꝙ dicit spẽs ⁊ modi: nam dicit spẽs prout ipse distiguũtur ſm distõnem causarũ essentialium ⁊ ẽt accidentium: dicit aũt modos ꝑut ipse distinguunt ſm modos illaꝝ causarum.

Dub^m 2^m ¶ Sꝫ dices ſꝫ Auer. 6. collꝫ. ca. 14. extensiua ⁊ apõsa sunt eadẽ species. Itẽ illud vr̃ rõne q̃ ipse nõ dñt nisi ſm magis ⁊ minus quia extẽsiua se hꝫ in plus q̃ꝫ apõsa: ⁊ ita nõ erant tres ſꝫ solũ due spẽs. Dico ꝙ in hoc sine dubio Auer. vr̃ esse contra medicos. Dico tñ ꝙ pñt eẽ. 3. vt medici dicũt. ⁊ rõ est: q̃ distinguunt egritudies solũ ſꝫ curas diuersas: mõ cũ diuersificet cura istaꝝ. 3. iõ ⁊c̃. Itẽ ẽt sunt diuerse q̃ ipse hñt diuersas causas ⁊ diuersa accñtia etiaꝫ. Et qd̃ tu dicis dico ꝙ forte ſm exq̃sitam veritatẽ sunt eadẽ sed ſꝫ medicos nõ. Ad aliud ꝙ dñt solũ ſm magis ⁊c̃. dico ꝙ ẽt dñt aliter. s. a pte humoris: nam in extẽsiua humor solum est peccans in quantitate sed in apõsa est etiã peccans in qualitate. ¶ Ulteri⁹ itellige ꝙ ista siĺitudo tactus põt intelligi 2r. Uno mõ sic. sicut si aliq̃s hñs vlcus aliqd̃ in vlcere tangat ⁊ habeat dolorẽ talẽ: etiã si aliquis nõ hñs vlceratã cutim talem ⁊ similẽ pũctionem ⁊ mordicationẽ senserit dicit habere lassitudinẽ vlcerosam: ⁊ isto mõ videt intelligere. G. in. 4. de regi. sani. Alio mõ põt intelligi illud accidẽs lassitudis vlcerose vt sit sicut si aliquis tãgat spinis vel cũ acubus. Et sic videt Aui. intelligere vt postea pꝫ. ¶ Ulterius intellige de ſbto isti⁹ lassitudinis ꝙ sicut Gal. 4. de regi. in prin. meli⁹ ponit illud. s. dolor iste vlcerosus qñ est in cute sola minus ꝑcipit: qñ aũt est in carne sola magis sentit: ⁊ qñ est in vtroq̃ꝫ adhuc percipit magis: sic ẽt possumus intelligere illud qd̃ hic dicit Aui. vt intelligat per illud qd̃ dicit (in sũꝑficie corporis) in cute sola: per illud qd̃ aũt dicit (et i cutis ꝑfunditateꝫ) intelligamus quãdo fit in carne sola: per illud ãt qd̃ dicit (Et in orificiis ꝑfunditatis ipsi⁹) intelligam⁹ quãdo fit in vtroq̃ꝫ: ⁊ isto mõ ꝯcordabimus Aui. cũ Gal. ⁊ est melius istud: lꝫ illud qd̃ hic dicit itelligant qdaꝫ quãtũ ad tres gradus solũ ipsi⁹ cutis. ¶ Ulteri⁹ cũ dicit (Et est cum hoc senserit qñ tangit) itellige ꝙ ista lassitudo siue iste dolor vlcerosus qñq̃ꝫ sentit ⁊ ꝑter hoc ꝙ tãgatur ⁊ ꝑter hoc ꝙ moueat vel exerciteť: ⁊ tunc est illud signũ ꝙ humor qui illam lassitudinẽ facit: vel est multũ malus in qualitate sui: vel est multũ excedẽs in q̃ꝫtitate: vñ nã per seipsaꝫ tẽtat expellere: aliqñ aũt nõ sentitur illa lassitudo per se sed sentit cuꝫ homo tangit tñ: ⁊ tunc illud est signuꝫ ꝙ humor est minus malus q̃ꝫ prius: aliqñ aũt non sentit cũ toto hoc ꝙ tangat sed sentit solũ cũ exercitať: ⁊ tũc ẽt illud est signũ ꝙ humor tunc etiã est minus malus q̃ꝫ mõ ante. ¶ Ulterius intellige per illud qd̃ dicit (Cũq̃ꝫ fortior fit accidit ei horripilatio) ꝙ illud põt referri ad duo: ⁊ ad fortitudinem motus siue exercitij ⁊ ẽt ad fortitudinẽ cause. s. lassitudis.

Dubiũ 3^m ¶ Sed dices hic ipse ponit ꝙ percipiať in cuti: hoc non est veꝝ: qa ſm Auer. ca. 14. ⁊ lassitudo est passio lacertoꝝ: ideo in eis dꝫ ꝑcipi. Dico ꝙ cũ hoc ꝙ ipsa est passio lacertorum est etiã passio cutĳ. Itẽ etiam q̃ ipsa maxime in cuti notificatur ideo sic dixit.

Dub^m 4^m ¶ Ulterius dices male dicit multitudo q̃ sicut habetis. 4. de reg. ⁊ etiã in illo afor̃. 4. 2e parti. Labores spontanei. multitudo non est causa lassitudinis huius. s. vlcerose sed potius malitia.

Dub^m 5^m ¶ Item dices etiam cum causa istius sit superfluitas pungitiua et mordicatiua cum caro vel adeps vel etiam eius humiditas nõ sit pungitiua: ideo male dicit ꝙ ista sunt etiam causa eius.

Dub^m 6^m ¶ Itẽ ẽt cũ humores crudi nõ pũgant imo potius pũctioni ⁊ humoribus pungitiuis resistant male ẽt dixit ꝙ hoc faciũt humores crudi. ¶ Ad primum dico ꝙ multitudo põt esse causa 2r. Uno° vt ipsa de se ⁊ principaĺr illud faciat ⁊ sic. G. negat. Alio° nõ inquãtuꝫ ipsa multitudo est ꝙ illud faciat: sed facit eã vt requirit ad operandũ: q̃ ad oẽm operationem requirit quãtitas sufficiẽs: ⁊ isto mõ forte intelligit hic. ¶ Ad aliud dico ꝙ humiditas illa piguedis ⁊ carnis lꝫ ipsa ex se nõ pũgat: pũgit tñ rõne exercitij q̃ exacuit ꝑ exercitiũ. ¶ Ad aliud dico ꝙ nõ credo ꝙ velit ꝙ humores crudi sint cã istius lassitudinis: ſꝫ itelligit ꝙ ipsi sint cũ cã. i. cã simul cũ illis subtilib⁹ ⁊ mordicatiuis: nihilomin⁹ pur ipsi remittũt aliqd de acuitate eoꝝ. Ulteri⁹ itellige ꝙ cũ ista extẽsiua fiat a mã extẽdẽte maxe ipsa hꝫ fieri in mẽbris q̃ ꝯtinẽt humores sicut sũt vene ⁊ arterie ⁊ marie q̃ ad lacertos ꝑueniũt. ¶ Sꝫ dices nõ vr̃ ꝙ extẽsio villoꝝ ſꝫ rectitudinẽ siue lõgitudiãliũ sit peior: q̃ ſꝫ. G. 4. d̃ re. extẽsio villorũ latitudinaliũ ⁊ trãsuersaliũ fit a cã maiori q̃ꝫ extẽsio lõgitudiãliuꝫ: sed quãto egritudo fit a maiori cã nõ est dubiũ ꝙ tãto ẽ peior sicut habetis ibi in. 2. parti. afor̃. 34. afor̃. In morbis. q̃re ⁊c̃. satis ista est ꝯrietas. ¶ Itẽ ẽt cũ ista idifferẽter causeť ab istis causis intrinsec⁹: q̃re est peior in lõgitudinalib⁹ q̃ꝫ in aliis. Dico ꝙ villorum qdã sunt neruosi ⁊ qdã sũt ligamẽtales ⁊ ex ambob⁹ istis fit chorda: mõ possumus dicere ꝙ villi lõgitudinales sunt neruosi q max^e sentiũt sed alij sũt ligamẽtales q nõ ita sentiũt: ⁊ qd̃ dicis pꝫ. ¶ Ulteri⁹ itellige ꝙ illa alia lassitudo dr̃ apõsa ex eo ꝙ mẽbra in ea sũt tumefacta ſm ꝙ. G. dic̃ in fine. 4. de re. Itẽ ẽt ex eo ꝙ in ea est caliditas magna ⁊ iflãmatio dr̃ ẽt ista lassitudo calefactiua. ¶ Ulteri⁹ itellige ꝙ ipse admittit ꝙ cã isti⁹ lassitudinis apõse est humor excedẽter cal's nõ tñ mordicatiuus. ¶ Ulteri⁹ de spẽb⁹ cõpositis itellige ꝙ ille spẽs simplices pñt diuersimode adiuicẽ ꝯiũgi: ⁊ ſꝫ h̃ diuerse ⁊ plures ꝑueniũt spẽs cõposite: nã si cõponant adiuicẽ solũ due simplices sic erũt spẽs cõposite. 6. si aũt ꝯiũgant simul. 3. tñ adiuicẽ sic solũ erũt spẽs cõposite. 4. si aũt ꝯiũgant oẽs. 4. simplices siĺ adinuicẽ sic tñ erit vna spẽs cõposita: sic g̃ ſm oẽs cõparatiões ⁊ cõbinatiões spẽs cõposite erunt. 11. in vniuerso.

Dub^m 7^m ¶ Sed dices vr̃ ꝙ apõsa sit spẽs cõposita. s. ex vlcerosa ⁊ extẽsiua: q̃ in vlcerosa solũ est peccatũ qualitatis ⁊ in extẽsiua est solũ peccatũ quãtitatis: sed in apõsa est peccatuꝫ ⁊ q̃ꝫtitatis humoris ⁊ ẽt qualitatis ⁊ sic est cõposita ex illis. Dico ꝙ ipsa est spẽs simpĺr sicut ille: ⁊ rõ est: q̃ fit solũ ab hu. Et qd̃ dicis dico ꝙ hñ est in ea peccatũ caliditatis. s. q̃ est sanguis nimis calidus: ſꝫ non est pcm̃ q̃litatis sicut nos itelligimus eẽ in vlcerosa. s. qualitatẽ. i. corrosionẽ: quia sanguis apõse nec hꝫ qualitatẽ corrosiuã nec mordicatiuã lꝫ excedat in ea. ¶ Ulteri⁹ fortitudinẽ itelligo a pte sui effect⁹: q̃ mag̃ ledit: pp nobilitatẽ intelligo sicut dicit. G. in. 11. de inge. ca. 3. s. respiciendo ad sanitatẽ ⁊ ad vitã: pp ſbam intelligo ſm ꝙ ipse tãgit pp maiorẽ recessuꝫ a tẽperamẽto. ¶ Sꝫ dices de exẽplo quõ apõsa ẽ fortior ⁊ nobilior vlcerosa. Dico ꝙ ipsa apostemosa est fortior: qa ipsa mag̃ affligit: vt dic̃. G. 4. de re. nã in ea ⁊ est tumefactio ⁊ extẽsio ⁊ ẽt iflatio. Est ẽt nobilior q̃ ipsa plus ipedit sanitatẽ ⁊ vitã: nã sic̃ ibi dic̃. G. cũ apõsa infirmus statiꝫ cadit in feb. nisi imediate cureť: possum⁹ ẽt itelligere ſm ſbam vtrãq̃ꝫ istarum ⁊c̃.

## ¶ De alicibus ⁊ oscitationibus. Cap. 13^m.

Alices sũt pp sũꝑfluitates que in musculis cõgregant. Et pp hoc multũ accidunt post somnũ. Cũq̃ꝫ humores illi plus abũdauerit fiet horripilatio ⁊ tremor: ⁊ cuꝫ plus exercuerint faciẽt febrẽ. Oscitatio v̂o motus est alicuꝫ que accidit in mandibularũ musculis ⁊ thoracis. Cũq̃ꝫ sanis in primis absq̃ꝫ causa acciderit ⁊ nõ in hora cũ multa fuerit erit malũ. Et que qdẽ est ex ea melior est ꝑma q̃ ẽ post finẽ digõnis: qm̃ est pp sũꝑfluitatũ expulsionẽ. Et ẽ ẽt cũ alices ⁊ oscitatiões efficiũt frigus ⁊ cutis spissitudo ⁊ pauca resolutio ⁊ expgefactio a somno anq̃ꝫ cõpleatur ⁊ expulsio comprimens. Uinum v̂o ad mediuꝫ tẽperatum alicibus ⁊ oscitationibus est conueniens cuꝫ non est ibi alia prohibens causa.

¶ Hic determinat de cura quarũdã aliaꝝ dispositionũ siĺium lassitudini: ⁊ q̃ cura non bñ põt sciri nisi sciant cause: ideo p̊ ponit cãs eaꝝ. Scd̃o ponit quãdã breuẽ curã. ibi in fine (Uinũ v̂o.) Prio ponit causas itrinsecas. Scd̃o extrĩsecas. ibi (Et est ẽt cũ alices.) Itẽ primo ponit cãs alicũ. Scd̃o oscitatiõis. ibi (Oscitatio v̂o.)

Dubium ¶ Sed dices male dicit vinum ad mediũ tẽperatum: q̃ cũ cura ei⁹ sit expulsio illaꝝ sũꝑfluitatũ cũ vinum purũ magis eas euacuet q̃ꝫ adaquatum q̃ calidius: male ergo dixit ad medium tẽperatũ: eãdem ẽt curam habetis in quodã afor̃. 57. 7e parti. Dico ꝙ vinuꝫ potest intelligi esse temperatum dupliciter. vel ratione cõmixtionis s. aque: vel ratione approximationis vt q̃ nõ approximetur in nimia quantitate. modo tunc intelligo temperatum isto secũdo modo: q̃ dꝫ dari parum de aliquo bono vino: non autem ꝑmo mõ sicut arguis. Uerũ est tamen ꝙ etiam si eẽt nimis excedenter calidũ bene posset poni aliquid de aqua vt nõ noceret in alio ⁊c̃.

## ¶ De medicando lassitudinem ex exercitio proueniẽte. Cap. 14^m.

Dicemus ꝙ studiũ ipẽdere i medicãdo lassitudinẽ est a mult̃ securari egritudib⁹ ex qb⁹ sũt febres. Opꝫ aũt vt cuꝫ lassitudo vlcerosa apparuerit ex exercitio minuať si ipꝫ fuerit cã: ⁊ si cũ ea multitudo fuerit humoꝝ expellãtur. Q̃ si breuis tẽporis

nis tẽporis fastidia affuerint ipsoꝝ nocumẽto succur-
rendum erit cũ fame ⁊ euõne ⁊ resolõne eius qđ ꝓue-
nit ad partẽ cutis cũ fricatione multa ⁊ leni cũ oleo in
quo non sit ponticitas. Et in die tertio reditionis fiat
exercitiũ. Et nutriaṫ ipe in die primo ex eo qđ ꝯsueue-
rat in q̄litate: sed ex q̄ztitate minuaṫ. Et in die scđo hu
mectãtibꝰ nutriaṫ: ⁊ si vene fuerint mũde ⁊ flegma cru
dũ i adipe fuerit itestinoꝝ: fricatio ipʒ q̄nq̄ꝫ maturat:
⁊ ꝓprie cũ calefaciẽtiũ medicinarũ ad ipm penetraue
rit virtꝰ. Oleũ p̄terea de salicibꝰ i h multũ ꝯfert ⁊ oleũ
de anheto ⁊ camomilla ⁊ his similibꝰ ⁊ apozima radi-
cũ sicle ⁊ eiꝰ oleũ in instrumẽto duplici ⁊ vnguentũ ex
radicibꝰ malue ⁊ oleũ de radicibꝰ cucumeris asinini ⁊
brionie ⁊ oleũ de vsnee ⁊ oẽ oleũ in quo vsnee recipiṫ.
In lassitudinis aũt extẽsiue medicatione itẽtio est las-
sare illud qđ idurnit fricatione leni calefaciẽte in sole
⁊ aq̄ tepida balneari ⁊ in ipa longo morari tẽpore. Et
si in soliũ alia vice aut duabꝰ descẽderit in die erit ꝯue
niẽs: ⁊ post vnãquãq̄ꝫ insiganṫ balneationẽ. Qꝫ si ne-
cesse fuerit ꝓꝓ venarũ abstersionẽ: ⁊ ꝓpterea ꝙ oleuʒ
in eis siccaṫ ad inũgẽdũ oleo redire fiat ⁊ nutriẽte hu-
mido nutriaṫ ẽt pauce q̄ztitatꝭ: qm̄ plus indiget nutri-
menti paucitate q̄ʒ vlcerosa. Et hãc qdẽ lassitudinem
resoluit exercitiũ ⁊ mũdificat. Qꝫ si per se acciderit ꝓꝓ
grossas sup̄fluitates necesse erit eas euãre. Et si fuerit
ꝓꝓ cãm vẽtositatꝭ extẽdẽtis resoluet eã tale q̄le est ci-
minũ ⁊ carui ⁊ anisuʒ. Intẽtio aũt in apostemosaʒ las-
situdinẽ regẽdo ẽ tres res lassare qđ extẽsum fuit ⁊ qđ
calefactũ ifridare ⁊ sup̄fluitatẽ euãre. Et h qdẽ cõple
tur oleo multo tepido ⁊ fricatiõe vehemẽter leni ⁊ ꝓ-
lixa mora in aq̄ que parũper ad caliditateʒ declinat ⁊
quietẽ. In arefactiua v̄o nil de regimine sanoꝝ muteṫ
nisi ꝙ opʒ vt aq̄ in qua balneaṫ sit maioris caliditatꝭ:
qm̄ in aq̄ vehemẽter calida est ꝙ ispissat cutẽ ⁊ nõ est
eius ipedimẽtũ sicut ipedimẽtũ aquarũ frigidarũ: qm̄
cũ eo qđ ispissat est in eis ambiguitas mala ⁊ frigidita-
tis ipsoꝝ penetratio in corpore qđ iam siccatum fuit ⁊
est cũ sue mãei cã est cutis ipsius raritas: imo h est fm
plurimũ. In die aũt scđo reductõis exercitio leuiter: ⁊
subtiliter vtaṫ ⁊ balneo fm dispõnem diei p̄me: deide
p̄cipiaṫ ei vt aquã fridã subito ingrediaṫ q̄tenus cutis
eius inspisseṫ ⁊ sit eius resolõ pauca: ⁊ cũ h ꝯserueṫ ip-
sius humiditas. Obuiabit nãq̄ꝫ aq̄ corpori in quo est
tm̄ caliditatꝭ ꝙ resistat ipso corpore iam inspissato. Et
iste qdẽ due cãe adinuicẽ se iuuãt in remouẽdo nocu-
mẽtũ frigoris ipsiꝰ: ⁊ ꝓp̄e cũ summergiṫ subito ⁊ egre-
diṫ ⁊ nõ moraṫ: qm̄ cuʒ mora nulla est securitas. Ipse
p̄terea nutriaṫ mane in fine p̄me hore cibo humectãte
pauco: iõ vt ipse alia vice iuxta nocteʒ fricari possit: ⁊
tũc cenã tardet. Studiũ quoq̄ꝫ adhibeaṫ in expellẽdo
sup̄fluitates ab eo fricatione olei de salicibꝰ cũ quo vẽ
trẽ suũ nõ tãgat nisi lassitudinẽ in musculis sui ventris
senserit: qm̄ tũc illos leuiter vngẽ ꝯuẽit. Et eiꝰ nutriẽs
sit largius ⁊ in eo ꝓcedat cauẽdo ne eiꝰ nutrimẽtũ sit
multe caliditatꝭ. Ampliꝰ oẽm lassitudinẽ cuiꝰ cã est mo
tus dimittere cũ eiꝰ signũ iceperit ꝓhibet ne accidat:
postea reuersionis exercitio vtaṫ vt motꝰ tẽperatꝰ ad

cutẽ mãs expellat ⁊ eas fricatio resoluat que fit iter il-
los motꝰ in ipsoꝝ ꝯsistẽtia. Dispõ p̄terea ipsiꝰ balnea-
tionẽ experiaṫ. nam si ex balneo accidat ei tremor: tũc
res terminũ ꝓtrãsiuit. quanto magis si febrẽ gñauerit:
qm̄ tũc nõ est balneãdus: imo euãndus ⁊ eiꝰ cõplexio
rectificãda. Qꝫ si nihil eoꝝ ex balneo accidit erit cõfe-
rens cũ eiꝰ aq̄ fuerit tẽperata. Cũ aũt in eiꝰ venis crudi
fuerint humores in primis lassitudo erit regẽda cũ eo
qđ oʒ: postea studẽdũ erit in eo ꝙ crudos maturat ⁊
subtiliat ⁊ expellit humores. Et si multi fuerit: tũc qes
erit iniũgẽda ⁊ exercitiũ dimittẽdũ: qm̄ qes est magis
digerẽs ⁊ minutionẽ relinq̄t: qm̄ fm plĩm mũdũ expel-
lit ⁊ crudũ dimittit. Vẽter quoq̄ꝫ eiꝰ ante maturatio-
neʒ nõ est soluẽdus: qm̄ h nõ ꝯfert: imo damnũ infert:
vrinã v̄o ꝓuocare nõ nocet ei. Sed res multũ calefa-
ciẽs nõ est ei dãda: qm̄ crudũ humorẽ in corpe diffun
di faciet. Sitq̄ꝫ eius oꝑatio leuiter ⁊ cuʒ q̄ztitate eq̄li.
In eiꝰ p̄terea nutrientibꝰ ponẽda sunt piper ⁊ cappa-
ris ⁊ ziziber ⁊ acetũ de capparibus ⁊ acetũ de alkis ⁊
acetũ de alstranguat ⁊ corpora ẽt ipoꝝ ⁊ lãguiris sci-
ta fm mẽsurã. Post maturationẽ aũt ⁊ apparitionem
hypostasis in vria ⁊ maturationẽ plurimũ da ei vinũ
vt maturatio cõpleaṫ ⁊ fiat vrine ꝓuocatio. Sitq̄ꝫ eiꝰ
vinũ qđ subtile est ⁊ clarũ ⁊ vomitũ nõ faciat.

¶ Hic deter. de cã lassitudinũ simpliciũ ⁊ ẽt de cura aliaruʒ dispõ-
num. Et p̄ determinat de cura lassitudinũ ꝓueniẽtiũ ab exercitio
⁊ de cã ẽt quarũdã aliarũ dispõnũ. Scđo determinat de cã lassitu
dinũ ꝓuenientiũ ex se. ibi (Ulcerose qdeʒ dispõ.) Primo deter. de
cura lassitudinũ. Scđo de cura illarũ aliaꝝ dispõnũ. ibi (Prius lo-
quemur.) Primo dat necessitateʒ huius partis. Scđo exequiṫ. ibi
statim (Opʒ autem.) Et hec in duas. Primo determinat de cura
lassitudinis cũ nõ est cũ abundantia humoꝝ crudoꝝ. Scđo cuʒ est
abundantia humoꝝ crudoꝝ. ibi (Cuʒ aũt in eius.) Prima in duas.
Primo determinat de re. qđ debeṫ determinatis speciebus lassi-
tudinis. Scđo determi. de regi. qđ debeṫ oĩbus speciebus lassitu-
dinis. ibi (Amplius oẽm lassitudineʒ.) Prima in. 4. fm ꝙ. 4. sunt
species lassitudinis quas docet curare. 2ª ibi (In lassitudinis aũt.)
3ª ibi (In ieiuno aũt.) 4ª ibi (In arefactiua v̄o.)

¶ Sed dices illud nõ vꝫ veꝝ de lassitudine ab exercitio: qꝛ illa que
egritudines ꝓnosticaṫ est lassitudo spontanea vt habetis ibi in. 2.
ꝑti. afoꝛ. 4. afoꝛ. Labores spontanei. Iteʒ etiã in illa ex exercitio
nõ sunt humores qui sint causa egritudinis ⁊ febris. Dico ꝙ cura
vtriusq̄ꝫ reddit nos securos verũ magꝭ cura lassitudinis per se ve
nientis: ⁊ rõ est: qꝛ in vtraq̄ꝫ lassitudine sunt alique sup̄fluitates ⁊
humores faciunt egritudinẽ. Itẽ in eo ꝙ lassitudo quecũq̄ꝫ debili-
tat mẽbrũ vt sic ẽt quecũq̄ꝫ disponit ad egritudinẽ. Et qđ tu dicis:
dico ꝙ bene maxime facit illud spontanea: sed ẽt in illa ex exerci-
tio sunt humores vt dixi qđ pʒ: qꝛ docet curã eiꝰ ẽt per euõneʒ vt
patebit. ¶ Ulterius itellige p̄ ꝙ in q̄libet istarũ spẽrũ lassitudinis
ꝓueniẽtis ab exercitio cura gñalis est euãtio alicuius sup̄fluitatꝭ
⁊ dimissio exercitij eo ꝙ oĩs cura fit per remotionẽ sue cãe. ¶ Itẽ
itellige ꝙ exercitiũ reditionis ⁊ terapẽticũ ⁊ curatiuũ que. 3. sunt
idẽ fm. G. 6. de regi. sani. ⁊. 3. ⁊. 4. exercitiũ est illud qđ fit longuʒ ⁊
in multis qetibꝰ intermedijs in qbus fit fricatio. ⁊ illud idẽ videṫ
Aui. ita intelligere qñ dicit exercitiũ reuersionis ⁊ diciṫ reuersio-
nis vel reditionis: qꝛ fit post aliud exercitiũ qđ prius fecit lassitu-
dinẽ siue ꝓpterea qꝛ reducit ⁊ reuerti facit corpꝰ ad dispõnẽ.

Dubiũ p̄m

¶ Sed dices h cũ ista lassitudo fiat ab exercitio nõ videṫ ꝙ exerci
tiũ eã curet: imo vꝫ ꝙ magꝭ eã augmẽtet. Dico distiguẽdo in sup-
fluitatibꝰ istiꝰ lassitudinis: qꝛ aut ipe sunt in cute ⁊ in lacertis ꝓpi-
qs ⁊ imediate positꝭ sub cuti: aut ille sup̄fluitates sũt in lacertꝭ itri
secis remotꝭ a cuti. mõ dico ꝙ si sint p̄ mõ sufficit ad curã eiꝰ frica
tio sola absq̄ꝫ exercitio. si aũt sint 2° mõ tũc est nećiuʒ exercitiũ: qꝛ
qñ sic nõ solũ sufficit illud qđ attrahit ⁊ resoluit fm. G. 2. de re. sa.
⁊. 4. sʒ ẽt est nećiuʒ illud qđ ipellat. h aũt facit exercitiũ qꝛ ipm cõ
mouet mẽbra ⁊ calorẽ ⁊ spiritũ ⁊ virtutẽ que oĩa cõmota ipellũt.

Dubᵐ 2ᵐ

¶ Sed dices postea cũ calidi sit rarefacere qũo dicit ꝙ aqua mul-
tum calida inspissat. Dico ꝙ illud est fm ꝙ habetis. 7. de ingenio.
ca. 6. ⁊. 3. de regi. sani. qꝛ aqua vehemẽter calida subito cuti adue-

Dubᵐ 3ᵐ

niẽs ipsa sua vehementi caliditate exiccat ⁊ sic eam inspissat.

Dubm 4m ⸿ Sz dices de eo qđ dicit (nihil mutet) dices cũ corp⁹ illud sit mutatũ a dispõne nãli ⁊ sana dz ẽt mutari dieta. Itẽ cũ in ipo supaddat ẽt postea exercitiũ dz in ipo cib⁹ augmẽtari. Itẽ ẽt cũ ipo supaddat ẽt postea exercitiũ dz in ipo cib⁹ augmẽtari. Itẽ ẽt cũ illud corp⁹ sit iaz siccatũ dz dari cib⁹ humectatiu⁹. Dico ꝙ in pͣ die nõ dz fieri permutatio magna: ⁊ sic ipse intelligit hic.

Dubm 5m ⸿ Itẽ dices ħ ipse dicit primo ꝙ nõ est danda res multum calefaciens: ⁊ postea dat piper qđ est calidum in. 4.

Dubm 6m ⸿ Itẽ dices ipe nõ ꝯcedit vinũ nisi postꝙ est facta digõ illius hũoris crudi: sz ſm. G. 4. de re. sa. ipm vinũ est optimũ digestiuũ hũoris crudi: q̃re dz dari añ. Dico ad pᵐ ꝙ lz piper sit calidũ in. 4. g̃du: tñ põt dari in tã parua quãtitate ꝙ nõ ꝓuenit ex eo caliditas in g̃du secũdo nedũ in. 4. ⁊ sic itelligit. A. hic. Ad aliud dico ꝙ si essent humores crudi pauci bene ꝯferret vinuz: sed si essent multi non competit: ꝓpterea qꝛ eos cõmoueret ⁊c̃.

## ⸿ De alijs dispositionibus que sequuntur exercitium ⁊ reliqua ab eo. Cap. 15m.

PRius loq̃mur de istis dispõnib⁹. Postea mutabimus nos ad regẽdũ lassitudinẽ q̃ venit ꝑ se. Et ex istis qdẽ est raritas que corpori accidit. Et accidit multotiẽs ex fricatiõe pauca ⁊ balneo. Ipa vͦ est medicãda fricatiõe sicca ad duritiẽ parũ declinãte ⁊ cũ oleo stiptico. Et ex eis est spissitudo q̃ ex friditate accidit aut ex re stiptica aut ex multitudine suꝑfluitatũ aut ex eaꝝ grossitie aut eaꝝ viscositate. vnde ꝓuenit vt in poris cutꝭ retineant. Aut erit spissitudo cã exercitij qđ ipsos ex ꝓfundo extraxit nõ existentib⁹ ibi causis antecedẽtib⁹ aut erit eius cã locus pulverulẽt⁹ aut fricatio fortꝭ ⁊ dura. Illi⁹ aũt que est ex friditate ⁊ stipticitate signũ est coloris albedo ⁊ calefactiõis tarditas ⁊ sudor ⁊ corpis reũsio ad rubedinẽ cũ adest exercitiũ. Et hi qdẽ i balneis calidis sũt balneãdi in qb⁹ de latẽ in lat⁹ ⁊ suꝑ vẽtrẽ ⁊ supini reuoluant suꝑ pauimẽtũ eq̃lis caliditatꝭ donec sudent ⁊ inungant oleis subtilib⁹ calidis ⁊ resoluentib⁹. Illoꝝ aũt q ad ħ deueniũt ex exercitio signũ est ꝙ nõ habẽt hoc signũ ⁊ resudat cutis: ⁊ ipsi qdẽ medicãdi sunt expulsione si ibi fuerit suꝑfluitas: postea regimen adhibeat qđ resoluat ex balneo ⁊ inũctione. Qui vͦ in hoc icidunt ex puluere aut ex forti fricatione magis est eis balneũ necessariũ q̃ȝ inũctio ex oleis. Et ipsi qdẽ fricatiõe molli vti debẽt ante balneũ ⁊ post ipm. Et quoqꝫ cũ accidit eis post suꝑfluũ exercitiũ cũ pauca fricatiõe debilitas cũ raritate: ⁊ est cũ accidit ẽt ex suꝑfluo coitu ⁊ ex balneo frequẽter. Ipsi igit medicãdi sunt cum exercitio reuersionis ⁊ fricatione sicca que ad duritiez trahit cũ oleo stiptico. Et nutriẽtia comedant humectantia pauce q̃ȝtitatꝭ in caliditate ⁊ friditate tẽperata aut que parũper ad caliditatẽ trahãt. Et silr fiet si debilitas accidit aut vigilie aut tristitia aut accidit siccitas in neruis. Qꝛ si istis acciderit malitia digerẽdi cibũ nõ ꝯfert eis reũsionis exercitiũ neqꝫ aliqđ exercitiorũ vllo mõ. Est p̃terea cũ accidit ex suꝑfluitate balneãdi ⁊ multitudine comedẽdi ⁊ bibẽdi ⁊ ociãdi vt hõ i suis mẽbris humiditatꝭ sentiat suꝑfluitatẽ ⁊ ꝓprie i lingua: ita vt opõnes mẽbroꝝ ledat. Qꝛ si ħ ex cã fuerit antecedẽte in particulari medicatõe ꝯtinebit. Et si ex aliq eoꝝ fuerit que nũc ex ꝓximo nomiauimus sicut vino aut multa ociositate aut multa balnei humiditate erit ei inũgẽdũ vt forti vtat exercitio ⁊ fricatione aspera ⁊ sicca sine oleo aut fricatiõe cũ pauco oleo calefaciẽte.

Suꝑflua ãt siccitas quã q hz sentit sua manu ẽ ex gñe lassitudis arefactiue. Et ipi⁹ sanatio est ei⁹ medicatio.

Sudor qd ē. Est aqueitas sāguis cui plus cholericū ē admixtū: ⁊ oꝫ vt administret dū nōdū ē exiccatꝰ: imo dū in eo ē hūiditas: ⁊ ipse qdē magis ē digestꝰ q̄ꝫ vria: est.n. superfluitas vnctuositatis ⁊ hūiditatꝫ post digōnē vltimā: est vrina scđe digōnis superfluitas. Opa.⁊ ꝑꝑe. Est magis digestus q̄ꝫ vrina ⁊ diuersificat ꝓm aialia ⁊ in ipso ē resol'o nō pauca. Apa.⁊ bo. Sudor athletarum cōfert apatibus inguinis: imo resoluit ea. Mē. anhe.⁊ pec. Sudor siccꝰ luctātiū cuꝫ oleo de alcāna ponit sup apata mamille ⁊ resoluit ea ⁊ cū oleo ro. ad ꝯgelationē lactis in mamilla: alteratio vō magne ⁊ alteratio parue fiunt cū centaurea maiore ⁊ minore.

**De sandalo. Cap̄.658m.**

Sandalus. Elec. Dixerūt.S.⁊ filius Mesaugue. Rubeꝰ est fortior. ⁊ dixerūt alij albꝰ est fortior. Nā. Est fridus in fine scđi vsqꝫ ad tertiū ꝑueniens: siccus in scđo. Opa.⁊ ꝑꝑe. Prohibet attractionē ⁊ ꝑꝑe rubeꝰ. Apa.⁊ bo. Resoluit apata acuta ⁊ ꝓprie rubeus ⁊ linit ex eo herisipila. Mē. cap. Cōfert soda. Mē.anhe.⁊ pec. Cōfert tremori cordis accidenti in febre linitus ⁊ bibitus. Mē.nut. Confert debilitati stomachi calidi bibitus ⁊ linitus. Feb. Confert febribus calidis ⁊ ꝓprie albus.

Sandali tres sunt spēs: albū.s. rubeū ⁊ citrinū: qđ ceteris p̄ciosius ⁊ magis odoriferū est: ⁊ q̄uis a modernis citrinū vocet: albidius tn̄ est altero. hoc vocat Aben Mesue mazabari. Sim.

**De sapone. Cap̄.659m.**

Sapo. Opa.⁊ ꝑꝑe. Est vlceratiuus putrefactiuus. Mē.expul. Resoluit colicam ⁊ soluit humorem crudum.

**De sabane. Cap̄.660m.**

Sabane. Opa.⁊ ꝑꝑe. Est abstersiuū exiccatiuū mali humoris. Vul.⁊ vl. Facit possidere scabiem ⁊ pruritū. Instr.iun. Cōfert dolori anche flegmatico. Mem.cap. Remouet fetorem oris factū ex stomacho ⁊ corruptionem eius ⁊ abstergit humiditatem stomachi ⁊ exiccat eam.

Sabane est cibus factus ex piscibus salitis paruis: vel salsamētum factū ex pisciculis salitis cū nucibꝰ ⁊ speciebꝰ ⁊ alijs. Sim.

**De safurubun. Cap̄.661m.**

Safurubun quid est. Est auis cuius nomen est hoc nomen in francia.

¶ De sarsar. Cap̃. 662m.

SArsar q̄d est. Est ferrũ. Mẽ. cap. Quãdo coquit̃ cũ oleo aut infundit̃ in ip̃o: deinde coquit̃ ⁊ distillat̃ in aurẽ remouet dolorem eius ⁊ pulsationem ipsius.

¶ Sarsar arabice ferrum. Sim.

¶ De sasaf. Cap̃. 663m.

ſ Asaf quid est. Est salix.

¶ De sakaik. Cap̃. 664m.

Akaik q̄d est. Noiat̃ sakaik anebamẽ ⁊ est rosa ru. vehemẽter. Nã. Est cal'a in sc'do humida in ipso. Opa. ⁊ p̃p̃. Est abstersiua resolutiua. Inquit Gal'. Est abstersiua lauatiua attractiua apitiua resolutiua. Deco. Denigrat capillos mixta cũ corticibꝰ nucis ⁊ q̄ñ admistrant̃ folia eiꝰ ⁊ stipites ipsiꝰ sic̃ sũt aut d̃cocta cũ sorbitiõe ordei ⁊ decoquunt̃ ꝓuocãt lac. Apa. ⁊ bo. Linit̃ ex d̃coctiõe sup̱ apata q̄ nõ sũt dura ⁊ fit eũo p̱ eã sup̱ carbũculos ⁊ bothor cal'as. Vul. ⁊ vl. Illo͛ qꝺ de eo siccũ ẽ ꝯfert vlceribꝰ sordidis ⁊ ĩcarnat ea ex excoriatõe ⁊ ip̃a mũdificat vlcera ꝯferẽs excoriatõibꝰ ⁊ scabiei vlcerose. Mẽ. cap. De eiꝰ succo fit caputpurgiũ ad purgãdũ caput ⁊ cerebrũ: ⁊ eiꝰ radix masticat̃ ad extrahẽdas hũiditates a capite. Mẽ. ocu. Succꝰ eiꝰ ꝯfert tenebrositati oculi ⁊ visus ⁊ albugini eiꝰ ⁊ vestigijs vlceruz: ⁊ q̄ñ decoq̄t̃ cũ vino ⁊ fit inde empl'm sanat apata dura in partibꝰ oculi. Mẽ. ãbe. ⁊ pec. Si coquant̃ folia eius cũ suis stipitibꝰ ⁊ cũ succis ordei sorbilibꝰ ⁊ comedat̃ facit abũdare lac. Mẽ. exp. Prouocat menstrua.

¶ De sebedenigi. Cap̃. 665m.

ſ Ebedenigi q̄d est. Est semẽ arboris canabis ⁊ iaz locuti fuimꝰ de canabe: opꝫ ḡ vt ꝯiũgamꝰ iter ꝯsideratiõẽ q̄ ẽ in vtrisq̄ʒ capitulis simul. Et de sebedenigi q̄dẽ aliud est hortulanũ notũ: ⁊ alio͛ est cãpestre. Humaiz v͛o dixit ꝙ arbor cãpestris egredit̃ in desertꝫ ꝭm q̄ʒtitatẽ cubiti ⁊ sup̱ folia eiꝰ dñat̃ albedo. Et eiꝰ fructꝰ est sicut pip̱ ⁊ similat̃ eiꝰ granũ grano assunnati qꝺ est granũ de quo exp̃mit̃ oleũ. Et nos iaz locuti fuimꝰ de grano assunnati. Nã. Est calidũ ⁊ siccũ in tertio. Opa. ⁊ p̃p̃. Canabis cãpestris resoluit vẽtositates ⁊ exiccat fortiter ⁊ humor eiꝰ est paucꝰ malus. Apa. ⁊ bo. Canabis cãpestris q̄ñ eius radix decoquit̃ ⁊ fit ex ea empl'm apatibꝰ calidis in locis duris in q̄bꝰ sunt chimi viscosi sedat caliditatẽ ⁊ resoluit duritiẽ. Mẽ. cap. Facit soda sua caliditate ⁊ eiꝰ succus distillat̃ ad dolorẽ auris oppilatiuũ ⁊ ad humiditatẽ auris: ⁊ sil'r oleũ eiꝰ ⁊ folia eius eradicãt furfures in capite. Mẽ. ocu. Obtenebrat visum. Mẽ. nut. Nocet stõcho. Mẽ. exp. Exiccat sperma: ⁊ lac q̄dẽ alsebedenigi campestris soluit cuz facilitate ⁊ medietas lib. de succo eius resoluit cõstrictionem ⁊ solutionem ⁊ educit flegma ⁊ cholerã ⁊ ꝓcedit ꝭm semitam seminis croci hortulani in constrictione.

¶ Sebedenigi arabice canabs: vel semen eius: melius per. s. vel per. x. scribitur. Simon.

¶ De seitaragi. Cap̃. 666m.

ſ Eitaragi q̄d est. Ille q̄ est idus ẽ frusta liguri p̱ua subtilia ⁊ cortices sic̃ gariofili. Et ille q̄ est fructꝰ declinat ad rubedinẽ ⁊ nigredinẽ. Et seitaragi q̄dẽ orit̃ in parietibꝰ antiquis ⁊ vbi nõ ningit ⁊ hꝫ folia sicut sunt folia nasturtij: ⁊ in estate sunt folia plurima ⁊ miorant̃ ⁊ augmẽtat̃ minoratio adeo vt forsitã nõ appareat ⁊ nõ sit in eo odor ⁊ est sicut nasturtiũ cuius sapor ⁊ odor similant̃ cordumeni ⁊ folia eius sunt ipsi similia. Nã. Est calidus ⁊ siccus in fine secundi. Opa. ⁊ ꝓp̃. Est acutꝰ aperitiuus. Similat̃ eñi sapor ⁊ odor cordumeni ⁊ simil'r virtus eius. Deco. Confert linitus cũ aceto super morpheã albam ⁊ albaras. Vul. ⁊ vl. Linit̃ sup̱ excoriationẽ ⁊ scabiẽ cũ aceto ⁊ eradicat eã. Instr. iun. Bibit̃ ad dolorẽ iuncturaꝝ ⁊ confert. Mẽ. nut. Linit̃ super splenem ⁊ extenuat ipsum. Mẽ. expul. Suspendit̃ eius radix super aurẽ eius qui habet dolorem vesice ⁊ sedat ipsum ꝭm ꝙ dicitur. Permu. Loco eius ponitur rubea.

¶ Seitaragi ara. est planta quã Dia. lepidũ vocat: sicut pꝫ per cõcordiã cap'loꝝ vtriusq̄ʒ apud Aui. ⁊ Dia. ⁊ Sera. Aui. v͛o distiguit indũ ex eo: ⁊ vocat ip̃m ĩterdũ capsiã ⁊ capsiã indã vt in ꝯfectiõe dicta alfanginus in. v. nã vbi ipse ponit capsiã indã: Joã. Sera. in eadẽ ꝯfectiõe trac. 7. ca. 20. ponit seitaragi. Exponit̃ ẽt in synonymis arabicis ꝙ seitaragi est capsia: alicubi tñ ĩuenit̃ corrupte tapsia per. t. Alhau dr̃ geumel aramil. s. nux viduarũ ⁊ ẽ herba q̄ nascit̃ in sepulchris ⁊ parietibꝰ vetustis ⁊ locis in q̄bꝰ cadit nix ⁊ iugiter ĩuenit̃ recẽs: sꝫ in estate ẽ coloris rubei ⁊ folia eiꝰ sũt vt nasturtij. Adueniẽte v͛o frigore q̄dã folia siccant̃: ⁊ q̄dã remanẽt penes radicẽ. In estate v͛o reuirescũt ⁊c̃. Pau. ca. de sciatica. vberidos inq̄t que lepidũ alij agricardamũ. i. nasturtiũ agrestre appellant: que aũt apud nos nascit̃ q̄ñ frutex ꝓxima lauro folia maiora multo hñs ⁊c̃. Aui. ca. de faciẽdo aborsu. Capsia inq̄t ẽ sil'is nasturtio: ⁊ ẽ ei odor nasturtij ⁊c̃. Nõ vidi hñ certitudinẽ huiꝰ plãte. nã auctores ẽt vident̃ ambigẽ: q̄dã nucẽ captiuã vocauerũt: seitaragi ara. scribit̃ sic. sed fumus terre ꝙ scebeterigi vocãt sic. Si.

¶ De sceilem. Cap̃. 667m.

SCeilem. Nã. Gal'. ponit ꝙ est in p̱ calefactiõis. Opa. ⁊ p̃p̃. Est subtile abstersiuũ resolutiuũ. Deco. Linit̃ sup̱ morpheã cũ sulphure. Apa. ⁊ both. Resoluit apata ⁊ scrophulas cũ semine lini ⁊ disrũpit ea cũ stercore columbino ⁊ semine lini. Vul. ⁊ vl. Linit̃ illud qꝺ orit̃ cũ tritico sup̱ vlcera ⁊ puluerizat̃ sup̱ ea ⁊ ꝯfert ⁊ linit̃ sup̱ ĩpetiginẽ ⁊ q̄ñq̄ʒ ponit̃ sup̱ vlcera cũ corticibꝰ rafsani vt empl'm ⁊ ꝯfert. Instr. iun. Decoquit̃ cũ melicrato ⁊ fit inde empl'm sciatice. Mem. cap. Sedat scothomiã. Mẽ. expul. Quãdo fit ex eo euaporatio adiuuat ad impinguandũ ⁊ proprie cum ordeo.

¶ De sceba. Cap̃. 668m.

ſ Ceba q̄d est. Sceba sunt due sp̃ẽs: vna earum est spinosa habẽs folia sedreia cõcauũ lignũ ⁊ nõ administratur nisi in suffumigatione: ⁊ alia hꝫ folia vt tamariscus: ⁊ reperit̃ ei sp̃ẽs tertia que nominat̃ serbun armena citrina ⁊ noiat̃ absinthiũ marinũ. Elec. Melior est armena. Nã. Est cal'a in secũdo: sicca in tertio. Opa. ⁊ ꝓp̃e. Oẽs sp̃ẽs eiꝰ sunt ĩcisiue resolutiue vẽtositatũ ⁊ in ipsa est stipticitas minor stipticitate absinthij ⁊ eiꝰ calefactio maior ẽ cal'itate ipsiꝰ ⁊ amaritudo ẽ maior: ⁊ in ip̃a ẽ salsedo. Deco. Eiꝰ cinis cũ ol'o aut oleo amigdalino linitꝰ ꝯfert alopicie. Et eiꝰ oleũ facit nasci barbã q̄ tardat̃. Apa. ⁊ bo. Sedat apata ⁊ carbũcl'os. Vul. ⁊ vl. Prohibet herpetem estiomenũ. Mẽ. ca. Fac̃ soda. Mẽ. oc. Fit vaporatio ex aqua eiꝰ ĩclinando caput ad obthalmiã

⁊ resoluit eã. Mē.ãbe.⁊ pec. Cõfert difficultati ãbe litꝰ. Mē.nut. Nocet stõcho ⁊ ꝓꝑe tertia. Mē.exp. Extrahit vmes ⁊ ascarides ⁊ interficit eos ⁊ ꝓuocat mẽstrua ⁊ vrinã ⁊ est fortior absinthio in ꝓmo. Feb. Eius oleũ confert frigori rigoris. Vene. Confert puncture scorpionũ ⁊ rutele ⁊ venenis.

De sciniar. Cap.669m.

Sciniar qd est. Est lactuca asini hñs folia q̃ sũt sicut folia lactuce acuta:⁊ ẽ spinosa ad nigredinẽ ꝺclinãs ⁊ in estate rubefit eiꝰ lignũ sicut sanguis:ita ꝙ tĩgit manũ. Ele. Folia eiꝰ sũt ꝺbiliora q̃ sũt i ipa. Na. Frida est ⁊ sicca in ꝓ vsq3 ad scꝺ3. Opa.⁊ ꝓꝑe. Illa q̃ noiat absinthiũ ẽ stiptica ⁊ i ipa ẽ amaritudo:⁊ illa q̃ noiat fulusia ẽ vehementioris stipticitatis:⁊ illa que noiat anulus vehemẽtioris ẽ q3 ãbe ⁊ ẽ acrior:⁊ illa q̃ nomẽ nõ h3 ꝓpinq̃ ẽ ei ⁊ in oibꝰ eis ẽ stipticitas ⁊ exiccatio:⁊ qñ miscet cũ oleo ⁊ fit inũctio ex ipa cõprimẽdo fac sudare. Deco. Linita ꝯfert morphee ⁊ icteritie. Apa.⁊ bo. Fit ex ea ẽpl'3 scrophulis cũ adipe ⁊ linit sup excoriationẽ ⁊ cũ farina ordei sup herisipilã ⁊ ꝓprie spẽs que noiat anulus. Vul.⁊vl. Incarnat vlcera qñ i ceratoadmistrat. Mē.cap. Est res q̃ magis ꝯfert dolori auris. Mē.nut. Cõfert icteritie bibita ꝓprie acuthia ⁊ ꝓprie doloribꝰ splenis ⁊ cortices eius ꝑparant stõchũ. Mē.exp. Qñ in potu dat de ea que nomen nõ h3 aur.j.ʒ.cum cordumeni aut hyssopo ⁊ nasturtio extrahit vermes ⁊ ascarides:⁊ illa que noiat acuthia ꝯfert dolori renũ. Vene. Illa que nominat anulus ꝯfert morsui vipere valde qñ administrat vt empl'm ⁊ bibita:⁊ illa que nomen nõ h3 est illi propinqua.

Sciniar ara.lactuca asini.s.vna ex spẽbꝰ eiꝰ. In.ʒ.Almã.ca.48. corrupte scribit sencar. Ste.seniar scripsit. Alhaui xinar ara.ẽ:⁊ dr̃ ẽt hormera vel hominera ⁊ ẽ pes colũbinus:eiꝰ radices sũt coloris cũ qbꝰ multi tĩgũt cerã ⁊ oleũ:⁊ ẽ herba cuiꝰ folia sũt subtilia vt folia lactuce pilosa ⁊ nigra:q̃ ex eis oriunt iuxta radicẽ adherẽt terre ⁊ sũt spinosa:⁊ radix eiꝰ ẽ grossa ad modũ digiti cuiꝰ color in estate ẽ coloris sanguis tingẽs manũ tangẽtis ⁊c.qꝺ dic est pes colũbinus nõ credo.nã puto a trãslatore additũ.Sim.

De scel. Cap.670m.

Scel qd ẽ. Est medicia ida sil'is zinziberi. Na. Cal'a est ⁊ sicca in tertio. Opa.⁊ ꝓprie. Est amara stiptica acuta disrũpit vẽtositates ⁊ est in virtute mellis:⁊ ẽt est resol'o mirabilis ⁊ subtiliatio. Instr.iun. Confert venenis ⁊ ꝯtritionibus.

De sucaram. Cap.671m.

Sucarã qd est. Inqt Dias. Crus huiꝰ plãte est sicut crus ferule ⁊ folia eiꝰ sunt sicut folia cucumeris ⁊ h3 florẽ albũ ⁊ semẽ sicut anisum. Ruffus ꝟo dixit folia eiꝰ sunt sicut folia mãdragore ⁊ minora ⁊ vehemẽtioris citrinitatis:⁊ radix eiꝰ est minuta fructũ nõ hñs. Et semẽ eiꝰ existit in colore ameos:sed est maius eo sine sapore ⁊ sine odore ⁊ h3 mucilaginẽ. Inqt Mesaia. Est q̃dã spẽs albes ⁊ nõ bñ dixit. Ego aũt dico ꝙ in libris inuẽtũ fuit ꝙ ẽ euforbiũ i greco ⁊ trãslatũ fuit sucarã ⁊ iã trãslatũ fuit albes.qñq3 enim ꝓportionant ad euforbiũ accñtia albes:⁊ hoies diũsificant in eis. Na. Fridũ est ⁊ siccũ in tertio vsq3 ad q̃rtũ. Opa.⁊ ꝓꝑ. Prohibet fluxũ ⁊ ꝯgelat sanguinẽ ⁊ stupefacit. Deco. Qñ linit ex eo sup locũ euulsionis pilorum ꝓhibet frigiditate sua nasci pilos ⁊ fit ex eo ẽpl'm mamille ⁊ nõ magnificat. Apa.⁊ bo. Succus eiꝰ sedat herisipilã ⁊ formicã. Instr.iun. Linit super podagrã calidã. Mē.ocu. Succus eiꝰ administrat in doloribꝰ oculi. Mē.cap. Succus eius est bonus humiditatibus que accidũt in aure. Mē.ãbe. ⁊ pec. Fit ex eo empl'm mamille ⁊ nõ magnificat ⁊ ꝓhibet exuberationẽ lactis. Mē.expul. Retinet menstrua ⁊ cõfert dolori matricũ:⁊ fit ex eo empl'm testiculo ⁊ nõ magnificat:⁊ inũgunt ex eo membra spermatis ⁊ prohibet pollutionẽ. Vene. Est venenũ mortale. Et eius cura est vinũ purũ.

Sucarã vel in arabi.zucharaz.errauerũt arabes i h̃ putãtes ꝙ sit spẽs iusqami eo forte ꝙ eiusdẽ virtutis videat:sed vide apud Serap.ꝙ oẽs spẽs iusqami vno capl'o determinate sunt sicut apud Dias.⁊c.hoc faciunt capl'm de sucarã:⁊ sil'r ẽt Auic.diuersa facit capl'a:veritas aũt est ꝙ capl'm de sucarã est de cicuta:⁊ idẽ est vide capl'm de conios qꝺ est cicuta apꝺ Dia.⁊ cap.de cicuta apud Macrũ:⁊ ca.de sucarã apud Auic.siml'⁊ videbis ꝙ idẽ dicũt.qꝺ aũt ab Auicen.scribit ꝙ h3 folia sil'ia folijs cucumeris: falsus est textus:d3.n.dicẽ h3 stipitẽ nodosam sicut ⁊ feniculus ⁊ folia sil'ia ferule sicut habet in Serap.cap.de sucarã:cetera ꝯcordant:sil'is ẽt error apparebat in Serap.arabi.in cap.de tapsia vbi Diasco. habet folijs ferule in arab.erat cucumeris ⁊c.Sim.

De secacul. Cap.672m.

Secacul. Na. Est cal'm in scꝺo ad hũiditatẽ q3dã tẽdẽs. Opa.⁊ ꝓꝑe. In ipo est lenitas ⁊ virtꝰ eiꝰ qꝺ nutritũ est:ẽ sicut virtus haucie. Mē.exp. Excitat appetitu3 coitus. Permu. Loco eius ponit buzeiden.

Secacul arabi.est radix boni saporis esui apta ⁊ condituris:putauerunt quidam falso ꝙ esset iringus.Sim.

De sehemenigi. Cap.673m.

Sehemenigi qd est. Est iurasabram campestre. Na. Cal'm est ⁊ siccũ in tertio. Opa.⁊ ꝓprie. Est resolutiuũ ⁊ subtiliatiuũ valde:⁊ qñ ponit sub ceruicali infantiũ cõfert fluori oris eoꝝ. Instru.iunc. Confert paralysi linitũ ⁊ caputpurgio ex eo facto cũ vino. Mē.cap. Quãdo fit capurgiũ ex aqua eius mundificat cerebrũ ⁊ confert etiã torture ⁊ epilepsie bibitũ cũ vino. Mem.nut. Confert humiditatibus stomachi ⁊ fluori oris infantiũ quãdo ponit sup capita eoꝝ ꝭm ꝙ existimauerunt quidã. Mē.expul. Confert ventositatibus matricũ.

Sehemenigi vt dicit Aui.est virasabrã:s3 vtrũq3 ignoro.Sim.

De suchaba. Cap.674m.

Suchaba. Mē.cap. Cõferũt ipsa ⁊ radix eiꝰ ⁊ fructꝰ ipsius dolori vue. Mē.nut. Cõfert stomacho ⁊ epati. Mē.exp. Decoctio radicis eiꝰ ꝓhibet fluxũ mulierũ:⁊ ipa supposita ⁊ encatismate facto in eo ꝯfert apostematibꝰ ani. Feb. Confert febribꝰ antiquis ⁊ ꝓprie infantiũ.

Suchaba arab.vel zuchaba apꝺ Aui.est qꝺ a Dia.acãtis.ara.i. spina arab.vocat.⁊ Rasis vocat megaielũ.Gal.ꝟo in.6.de simplici medicina.ca.17.dicit sucha habere virtutẽ hedorad.ibidẽ dicit Halyabas in scꝺo practice.ca.34.sed scribit ibi secha.Sim.

De scebram. Cap.675m.

Scebrã qd ẽ. Orit i hortꝭ hñs cãnã subtilẽ eq̃lẽ ⁊ h3 pilos ⁊ folia sunt sicut tarcon ꝭm ꝙ existimo ⁊ h3 lac. Elec. Illud qꝺ melius est:est leue ad rubedinẽ declinãs sicut cutis inuoluta subtile3

hñis corticẽ:⁊ illð qð est cũ duab⁹ cãnis ⁊ ẽ leuis carnis ⁊ ꝗssuꝫ pue rubedis ⁊ durũ:⁊ qð est vt filũ ẽ malũ ⁊ ꝑsicũ ẽ malũ:⁊ nõ oꝫ vt aliqd ꝺ eo admistret̃. Nã. Jnqt Humaim. Est cal'm i ꝑncipio scði:siccũ in fine tertij. Lac ꝟo ei⁹ ẽ vltimũ i ãbob⁹ sil':imo in q̃rto gradu. Opa.⁊ ꝓꝑ. Jn ip̃o sũt stipticitas ⁊ acuitas ⁊ disruptio orificioꝝ venarũ ⁊ illð ẽ vnũ ꝑꝑ qð repellit̃:⁊ qñ rectificat̃ nõ ẽ iuuamẽtũ in eo in suo loco ꝑꝑ illud qð diximus: ⁊ est ex toto nociuũ ⁊ ꝓprie cõplexiõib⁹ calidis. Mẽ.cap. Lac ei⁹ adiuuat i eradicãdo dẽtes. Mẽ.nut̃. Nocet stõcho ⁊ epati ⁊ dat̃ ad bibẽdũ i curatiõe hydropisis. Et opꝫ qdẽ vt pri⁹ ĩfundat̃ i succo endiuie ⁊ feniculi ⁊ solatri trib⁹ dieb⁹:deide exiccet̃ ⁊ fiãt ide trocisci cũ modico sal'idi ⁊ turbith ⁊ mirabol'. aut aloes ⁊ erit fortis iuuamenti. Mẽ.exp. Sol'one educit mel'iaꝫ ⁊ flegma ⁊ aquã. Et antiqt⁹ qdẽ fuit ei⁹ admistratio ꝯsueta in solutiuis:deide fuit dimissuꝫ ꝓpterea q̇ꝛ nocet coitui ⁊ spermati:⁊ q̇ꝛ disrũpit venas ani ⁊ qñ rectificat̃ nõ ẽ iuuamẽtũ i ip̃o:⁊ illð iõ qm̃ ei⁹ rectificatio fit ħ mõ. Jnfundit̃ nõ ꝯtritũ i lacte recẽter ml'cto die ⁊ nocte ⁊ renouat̃ illð multotiẽs:⁊ illð ẽ ex eis q̃ ꝺbilitãt ipꝫ ⁊ destruũt opõnẽ ei⁹ in hũorib⁹ malis. Qui ꝟo excusationẽ nõ iuenit qn in ip̃o vtat̃ ꝑmisceat ipsi anisuꝫ ⁊ feniculũ ⁊ ciminũ. Et qð de eo i potu sumit̃ sit ab vno dauich vsq; ad q̃tuor. Et hec qdẽ de herba ei⁹. Jn lacte ꝟo ipsi⁹ nõ est bonitas:⁊ nõ vĩ mihi ꝙ sit i potu dãdũ:⁊ cũ ei⁹ sol'o sup̃fluit ex eis que ip̃a abscidũt ẽ sedẽ i aq̃ frida ⁊ qñ i potu dat̃ colice bibẽ cũ ãmoniaco ⁊ bdellio ⁊ ſapino ⁊ modico stercoris adip narrato i capl'o colice. Feb. Repellit̃ ꝓpterea q̇ꝛ gñat febres. Vene. Põdus ʒ.ij. de ea interficit.

## De selgen. Cap. 676m.

Selgen quid est. Est napus qui iam dictus est ante in capitulo de lem.

## De scerbin. Cap. 677m.

Scerbin qd ẽ. Est arbor alkitrã:⁊ nos qdẽ iã locuti fuim⁹ de alkitrã. Nũc ꝟo narrem⁹ opõnes q̃ sĩt ꝓꝑe arbori ipsi⁹. Et ħ qdẽ arbor ẽ ꝺ gñe arboris pini ⁊ hꝫ fructũ similẽ fructui cuꝑssi:ꝫ ẽ mior eo:⁊ hꝫ spinas ⁊ ẽ duaꝝ spẽrũ: q̃rũ vna ẽ lõga:⁊ altera curta. Opa.⁊ ꝓꝑ. Jn cortice hui⁹ arboris ẽ stipticitas. Mẽ.cap. Siqs ꝺ fructu hui⁹ arboris pl'm assumit facit soda ꝑꝑ calefactionẽ ⁊ ꝓpterea q̇ꝛ cõicat stõcho i mordicatiõe quã ei facit:⁊ qñ colluit̃ os ex aceto:i q̃ ꝺcoquunt̃ folia ei⁹ sedat dolorẽ dẽtiũ. Mẽ.ãbe.⁊ pec. Fructus eius ꝯfert tussi. Mẽ.nut̃. Fruct⁹ ei⁹ ẽ malus stõcho mordicãs ip̃m:ꝫ ip̃e ꝯfert epati. Mẽ.exp. Ei⁹ fruct⁹ ꝯfert distillatiõi vrine. Et si bibat̃ cũ piꝑe ꝓuocat vrinã. Et qñ ex cortice eius fit suffumigatio extrahit fetũ ⁊ secundinã. Et qñ bibit̃ stringit ventrẽ ⁊ qñq; stringit vrinã. Vene. Dat̃ in potu fructus eius cũ vino ad potũ leporis marini. Et si misceat̃ cũ adipe cerui ⁊ inungat̃ ex eo corpus nõ approximant ei vermes venenosi.

## De sceneschic. Cap. 678m.

Sceneschic qd est. Est sil'is abrotano in ꝟtute. Nã. Est cal'm ⁊ siccũ in scðo. Mẽ.cap. Cõfert epilepsie ⁊ abscindit fluorẽ saliue currẽtis ⁊ ꝓprie ex oribus pueroꝝ. Permu. Loco eius in iuuamento fit epilepsie ⁊ alijs ponitur sansucus.

## De sucudo. Cap. 679m.

Sucudus. Nã. Virt⁹ ei⁹ ẽ cal'a. Opa.⁊ ꝓ. Bibit̃ ei⁹ succ⁹ ad dolores. Deco. Recẽs cũ vio linit̃ suꝑ morpheã. Vul.⁊ vl. Fac̃ coherẽ vlcera ãtiq̃ ⁊ puluerizat̃ suꝑ carnẽ additã. Jnstr.iun. Linit̃ cũ aceto suꝑ podagrã ⁊ fit ex eo ceratũ ad dolorẽ dorsi. Mẽ.ãbe.⁊ pe. Fiũt ex eo cũ dulcib⁹ bucelle ad tussiꝫ. Mẽ.nut̃. Bibunt̃ ex eo.ʒ.ij. cũ hydromelle ad mordicationẽ stõchi. Mẽ.exp. Due.ʒ. cũ hydromelle valẽt ad dissinteriã ⁊ diffi cl'tatẽ vrie. Et cũ ml'ier sꝺijc̃ sibiipsi ꝓuocat mẽstrua.

Sucudus vel vt in arabico xucudus voluit arabs dicere vt grecus spodius supra in pontifilix hic sucudus hic ssodius. Sim.

## De spina alba. Cap. 680m.

Spina alba qd ẽ. Est bedeoard. Nã. Frida est ⁊ sicca in primo. Jnstr.iunc. Eius decoctio ꝯfert instrumentis iuncturarũ ⁊ podagre. Mẽ.nut̃. Confert mollificationi stomachi.

Spina alba que a Dia. vocat̃ achãtis leuce est idẽ ꝙ bedeguard apud ara. lege capl'm de achãtis leuce. a Dia. cũ ca. ꝺ bedeguard. apud Aui. ⁊ videbis ꝯcordiã. Aui. ẽt dicit: spina alba ẽ bedeguard ⁊ est planta similis cameleonte albe. Sim.

## De spina indica. Cap. 681m.

Spina idica. Nã. Est cal'a. Opa.⁊ ꝓꝑ. Est subtiliatiua resolutiua. Jnstr.iũ. Cõfert alcuzez. Mẽ.cap. Colluit̃ os ex decoctiõe ei⁹ ad dolorẽ molariũ. Mẽ.ãbe.⁊ pec. Cõfert sputo sanguinis.

## De spina egyptia. Cap. 682m.

Spina egyptia. Nã. Est frigida in prio: sicca in scðo. Opa.⁊ ꝓꝑe. Est abstersiua abscindens catarros. Vul.⁊ vl. Radix ei⁹ ⁊ ꝓprie semẽ vehemẽtis sunt ꝯsolidationis. Mẽ.ãbe.⁊ pec. Cõfert apati gutturis. Mẽ.nu. Cõfert apati stõchi.

Spina egyptia que est arbor Pli. lib. 13. cap. 35. nigra est cuius lignũ incorruptũ in aquis durat. ob id vtilissima nauiũ costis candida ex eo facile putrescit. Aculeus spinaruꝫ est in folijs: semẽ in siliquis quo coria ꝑficiunt̃ galle vice: flos ⁊ coronis iocũdis ⁊ medicamentis vtilis: manat ⁊ gũmi ex ea cui ꝑcipua vtilitas ꝙ cesa anno tertio resurgit. Et in regali dispõne exponit̃ ꝙ est argailẽ. ⁊ ex hoc videtur ꝙ sit arbor gũmi arabici. Simon.

## De synapi. Cap. 683m.

Synapis. Nã. Cal'a est ⁊ sicca vsq; ad q̃rtum. Opa.⁊ ꝓꝑe. Jncidit flegma ⁊ oleũ eius est calidius oleo raffani. Et fugiũt ex fumo eius vermes venenosi:⁊ illa que est syluestris generat humorẽ malum ⁊ in ipsa sunt abstersio ⁊ resolutio:⁊ hoĩes quidẽ comedũt folia eius ⁊ radicẽ ip̃sius elixata. Deco. Mundificat facieꝫ ⁊ aufert occultationẽ ⁊ vestigia sanguinis mortui:⁊ syluestris emplastrũ bonũ sorditiei ⁊ exiccat linguã ⁊ cõfert alopicie. Apa.⁊ bo. Resoluit apata calida ⁊ oẽ apostema antiquũ ⁊ ponit̃ cuꝫ caulib⁹ super scrophulas. Vul.⁊ vl. Confert scabiei ⁊ impetigini. Jnstru.iunct. Confert dolori iuncturarum sciatice. Mẽ.cap. Mundificat humiditates que sunt in capite ⁊ fit ex ea empl'm capiti ei⁹ qui patit̃ lythargiaꝫ. Et aq̃ ei⁹ distillat̃ ad oẽm dolorẽ auris ⁊ molaria:⁊ sil'r eius oleuꝫ ⁊ ꝓprie qñ decoq̃t in ea assa ⁊ est de medi-

cinis aperiētib⁹ colatoꝝ oppilōnē. Et dixerūt qdā ꝙ si bibat a ieiuno itellectū effic̄ bonū. Mē.ocu. Ad-mistraꝰ in alcofol oculi ad pānū ⁊ aspitatē. Mē.ābe. ⁊ pec. Si teraꝰ ⁊ bibaꝰ cū aq̄ mellis aufert asperitatē ātiq̄ȝ i cāna pulmonis. Mē.nuꝰ. Extenuat splenē ⁊ facit sitiȝ. Mē.exp. Cōfert ꝑfocationi mr̄icis ⁊ facit ꝺsideriū coit⁹. Feb. Cōfert febrib⁹ ꝑiodicis ⁊ ātiqs.

¶ Synapis grece synapi dicif. Pli.lib.19.ca.8. tria sunt eius gn̄a: vnū gracile: alterū simile rapi folijs: tertiū eruce semini. Stephanus synapi seu eruca: ⁊ est semē hēne. nescio qd voluit dicere. nā hēne est alchāne ⁊ synapi dicif arabice cardel. Sim.

¶ De strangulatore adip. Cap.684ᵐ.

STrangulator adip quid est. Prefocat adip ⁊ porcos ⁊ canes ⁊ est ꝑfocatiuus ⁊ non administratur interius neq̄ȝ exterius.

¶ Strangulator adip. i. lupi ⁊ canis dicif a Dia. aconitum. Sim.

¶ De strangulatore leopardi. Cap.685ᵐ.

STrangulator leopardi qd ē. Suffocat leopardos ⁊ lynces ⁊ reliq̄. Et n̄ admistraꝰ itus neq̄ȝ extra. Et dr̄ ꝙ qn̄ appropinquat scorpioni cōgelat eū. Vene. Ipse iterficit adip: ⁊ iā dcm̄ ē ꝺ eo.

¶ De salice. Cap.686ᵐ.

SAlix qd ē. Qn̄q̄ȝ egredif ex folijs ei⁹: qn̄q̄ȝ findif gūma forꝭ. Opa.⁊ ꝓp. Fruct⁹ ⁊ folia ei⁹ sunt stiptica sine mordicatione: ⁊ iest eis exiccatio sufficiēs. Et cinis ei⁹ est vehemētis exiccationis: ⁊ qn̄ ex ea fit empl'm retinet fluxuȝ sanguinis: ⁊ qn̄q̄ȝ findunꝰ folia ei⁹ ⁊ egredif gūma ab ea vehemētis abstersionis subtiliatiua. Deco. Eius cinis eradicat ꝺrucas linit⁹ cū aceto. Vul.⁊ vl. Fit ex eo empl'm ad vulnera magna ⁊ ꝓprie ex fructu ei⁹ ⁊ folijs ei⁹ ⁊ cinis ei⁹ remouet formicā qn̄ linif cuȝ ea cū aceto. Mē.cap. Qn̄ est ei⁹ supius ⁊ aq̄ ei⁹ sunt sedantia soda: ⁊ nō est aliqd magis vltimū q̄ȝ succus foliorꝝ eius in cura saniei que currit ex aure. Mē.ocu. Ponunꝰ fruct⁹ ⁊ aq̄ ei⁹ sup ꝑcussionē pupille: ⁊ ei⁹ gūma ꝯfert valde visui debili. Mē.nuꝰ. Aqua ei⁹ cōfert oppilationi epatis ⁊ icteritie. Mē.expl. Fruct⁹ eius confert habētibus fluxū sanguinis.

¶ Salix. Pli.lib.16.ca.38. salicis in asia tria gn̄a obseruāt: nigram vtiliorē viminib⁹ cādidā agricolarū vsib⁹. tertiā q̄ breuissima est elicē vocāt. apud nos quoq̄ȝ multi totidē gn̄ib⁹ noīa ponūt. vimineā vocāt eādē purpureā. alterā nicelinā a colore que sit tenuior tertiā gallicā que tenuissima est. Et alibi. Salicis succus est triuȝ generū. vnū arbor ipsa exudat gūmi mō. alterū manet cū flore in plaga exciso cortice triū digitoꝝ magnitudine. tertius succus de trūcatione ramoꝝ a falce distillaꝰ ⁊c. Sim.

¶ De scarabeo. Cap.687ᵐ.

SCarabe⁹. Mē.cap. Oleū in quo frigif valet ad dolorē auris qn̄ in eam effundif: ⁊ similiter corpus eius qꝺ optime ꝯtritū est.

¶ De scoria. Cap.688ᵐ.

SCoria. Elec. Scoria fortioris exiccatōis est scoria ferri. Nā. Scoria ferri est sicca in tertio: ⁊ scoria eris est ei ꝓpinq̄. reliq̄ ꝺo scorie sunt minus cal'e. Opa.⁊ ꝓp. Oēs sunt exiccatiue: ⁊ q̄ fortioris est exiccatiōis eis oib⁹ est scoria ferri: ⁊ oēs exiccāt hūiditates. Apa.⁊ bo. Scoria ferri r̄soluit apata cal'a. Vul.⁊ vl. Scoria argēti ꝯfert scabiei ⁊ sabafat ⁊ ꝯsolidat vlcera ⁊ ꝓhibet fluxū hemorroidaruȝ ⁊ fistularū. Mē.ocu. Scoria ferri ꝯfert asperitati palpebrarū: ⁊ scoria stanni ꝯfert vlcerib⁹ oculi: ⁊ i h̄ loco merdasengi. Mē.nuꝰ. Scoria ferri ꝯfortat stōchuȝ ⁊ exiccat supfluitates ei⁹ ⁊ remouet mollificationē ei⁹ qn̄ in potu daꝰ in vino antiq̄ aut bibif cū vino. Mē.expl'. Scoria ferri ꝓhibet fluxū hemorroidaꝝ ⁊ ꝓp̄e qn̄ sedeꝰ in vio antiq̄ ⁊ admixto: ⁊ ꝓhibet ipregnationē ⁊ abscidit fluxū sanguis mēstrui ⁊ est in eo vltia: ⁊ sil'r i vria: ⁊ coarctat anū linita. Vene. Scoria ferri cū oxymelle ꝯfert nocumēto medicie q̄ noiaꝰ conitū.

¶ Scoria est fex cuiuscū q̄ȝ metalli que i ꝑtē iferiorē ipsi⁹ fornacis descēdit. scoria ferri dr̄ aliqn̄ cacaferri. Pli.lib.33.c.6. spurcitia in oī metallo vocaꝰ scoria. sed Stepha. scoriā batiturā eē dixit: ⁊ vocari ara. argobasi. per batiturā itellexit scoriā: errauit: ipsa enim nō est scoria: apud Aui. vocaꝰ chebeth ⁊ squama tubel. Sim.

¶ Capitulum de lr̄a. T.

¶ De tri. Cap.689ᵐ.

TRi qd est. Est sic̄ corrigie factū ex azimo qꝺ coq̄ꝰ i aq̄ cū carne ⁊ noiaꝰ in terra n̄ra rusne. Nā. Est calidū. Et hūiditas ei⁹ est supflua. Opa.⁊ p. Nō ē dubiū qn̄ sit tarde digōnis ⁊ ꝺscēsionis a stōcho: qm̄ ē azimū nō fermētatū. Et coctū sine carne ē leui⁹ apꝺ q̄sdā: ȝ fortasse res nō ē ꝭȝ ꝙ dicūt: ⁊ qn̄ cū eo ꝑmisceꝰ pipis paꝝ ⁊ oleū amigdalinū rectificaꝰ ei⁹ dispō parū: ⁊ cū digerif multiplicaꝰ ei⁹ nutrimētū valde. Mē.ābe.⁊ pec. Cōfert pulmoni remouēdo tussim ⁊ sputū sanguis ⁊ ꝓprie cū decoquif cum portulaca. Mē.expul. Est lenificatiuū vētris.

¶ Tri fiunt ex pasta azima sicut fila longa ⁊ vocaꝰ ara. atria. Si.

¶ De terbētina. Cap.690ᵐ.

TErbentina diceꝰ in cap'o de grano viridi.

¶ De tarcone. Cap.691ᵐ.

TArcō qd ē. Est notū. Et dixerūt ꝙ piretū est radix altarcon mōtani. Nā. Manifestū est ꝙ est calidū ⁊ siccū in scꝺo q̄ȝuis sit in ipso virt⁹ stupefactiua. Quidā ꝺo dixerūt de qb⁹ nō est curādū ꝙ ipm̄ est fridū ⁊ siccū. Opa.⁊ ꝓp. Est desiccatiuū hūiditatū ⁊ exiccatiuū eaꝝ: ⁊ in ipso est infridatio q̄dā. Mē.cap. Cōfert cola cū masticaꝰ ⁊ teneꝰ in ore. Mē.anhe.⁊ pec. Facit accidē dolorē gutturis. Mē.nuꝰ. Est difficilis digōnis. Mē.exp. Abscindit desideriū coeūdi.

¶ De taraxacon. Cap.692ᵐ.

TAraxacō qd ē. Notū ē: ē spēs ēdiuie. Nā. Frig⁹ ei⁹ ē plus hūiditate ipi⁹ cū h̄ ꝙ i ipsa ē humiditas. Opa.⁊ ꝓp. Est ifridatiua apitiua. Mē.ocu. Ei⁹ lac abstergit albuginē. Mē.nu. Ei⁹ succ⁹ ꝯfert hydropisi valde ⁊ aperit oppil'ones epaꝭ. Vene. Resistit venenis ⁊ ex ea fit empl'm ad pūcturas ⁊ ꝓp̄e ad pūcturā scorpionis.

¶ Taraxacon ara. dicit. A. ꝙ ē spēs ēdiuie. ⁊ i. c. ꝺ ēdiuia dic̄ ē endiuia syluestris. Itē i.3.ca. de asclite ex cā calida. s. sequēs apa cal'm taraxacon ingt ē aliadaid amara: taraxacō ē a gre. troxina. Sim.

¶ De tamarisco. Cap.693ᵐ.

TAmarisc⁹. Opa.⁊ ꝓp. In ipa ē stipticitas ⁊ abstersio ⁊ mūdificatio absq̄ȝ exiccatiōe vehemēti: ⁊ ei⁹ aq̄ ē abstersiua ꝺsiccatiua cui⁹ abstersio ē plus exiccatiōe ei⁹. Et ipi⁹ exiccatio ē cū stipticitate: ȝ ei⁹ fruct⁹ ē vehemētioris stipticitaꝭ: ⁊ i tamarisco qdē ē subtilitas pauca ⁊ in reliqs reb⁹ alijs admistraꝰ loco galle viridis. Deco.

Eius decoctio

Eius decoctio admistrat̄ i embroca ad pediculos ⁊ iterficit eos. Apo. ⁊ bo. Ex ei⁹ folijs fit emplȝ super apata fluxa. Aul. ⁊ vl. Ei⁹ fum⁹ exiccat vlcera būida ⁊ variolas ⁊ spargit̄ qd̄ ex ea tritū ē ⁊ cinis ei⁹ super adustionē ignis ⁊ vlcera būida: ⁊ fruct⁹ ei⁹ ⁊ cinis ipsi⁹ exiccāt vlcera difficilia ⁊ corrodunt carnem additam. Mē. cap. Decoctio folioꝝ eius cū vino ꝯfert dolori dētiū colluto ore ex ea ⁊ ꝓhibet corrosionē eoꝝ ꝓprie fruct⁹ ei⁹. Mē. ocu. Eius fruct⁹ stat loco lycij ⁊ galle in egritudib⁹ oculi. Mē. ābe. ⁊ pe. Cōfert sputo antiquo ⁊ ꝓꝑe fruct⁹ ei⁹. Mē. nu. Eius rami dissoluti i acceto ꝯferūt spleni emplastro ex eis facto: ⁊ ad splenē ȝ bibit̄ vinū in quo decocta sunt folia eius ⁊ ipsius virgulta: ⁊ faciunt splenetici ex ligno eius vasa. Mē. ex. Cōfert solutioni antique ⁊ sedēt in ꝺcoctiōe ei⁹ ad cursuȝ matricis ⁊ supponit̄ granū ei⁹ ei ⁊ bibit̄ fructus ei⁹ etiā. Vene. Cōfert fructus eius morsui vipere.

¶ Tamariscus dia. est ingt arbor erecta que nascit̄ in aqs intellige iuxta aquas vel locis aquosis hȝ fructū q assimilat̄ floribus et est similis in flexibilitate sua vsnee: ⁊ est in babylonia ⁊ in sceni alia tamariscus domestica que noīat̄ carmezith similis agresti in oib⁹ ꝑter in fructu q est similis gallis dentatis: ⁊ est stiptic⁹ ⁊ ponit̄ loco gallaꝝ in multis medicinis ⁊c̄. Istā scđaȝ spēm nūq̄ vidi de hac dī ab Aui. ⁊ ab alijs qn̄ noīatur fructus tamarisci. Pli. lib. 13. cap. 20. muricē in Italia nasci quā tamaricen vocāt: achiā aūt bryan sylvestrē insignem: ⁊ ꝙ eam satiuam tātū ferat cum galle similis fruct⁹ in syria ⁊ Egypto copiosus ⁊c̄. ara. tarfa vocat̄. Si.

### ¶ De tarathit. Cap̄. 694^m.

Tarathit qd̄ ē. Crusta ligni nodosi grossitudinē digiti hn̄tis ⁊ ei⁹ lōgitudo ē minor. Et plȝ ei⁹ ē stiptici saporis ⁊ ē cineritij coloris. Et virt⁹ ei⁹ ē sic̄ virt⁹ balaustie: ⁊ dī ꝙ ipse affert̄ ex rurib⁹. Opa. ⁊ ꝑ. Est stiptic⁹ ⁊ ꝓhibēs motū sanguinis in mēbris oibus. Instra iūc. Cōfortat iūcturas mollificatas. Mē. nu. Cōfert mollificatiōi stōchi ⁊ epatꝭ. Mē. ex. Strīgit ⁊ retinet fluxū sanguinis ⁊ ꝺscēsionē sanguinis in egestione ⁊ dissinterie bibitū in lacte capraꝝ decocto. Permu. Medietas pōderis eius de cortice oui adusto abluto ⁊ sexta ponderis ei⁹ ꝺ gallis ⁊ decima pōderis de gūmi arabico.

### ¶ De talk. Cap̄. 695^m.

Talk qd̄ ē. Dixerūt qdaȝ ꝙ in bibitiōe ei⁹ ē timor pp̄ illud qđ in ipso est ex retētione sinicū partib⁹ stōchi ⁊ villositate eius ⁊ cū gutture ⁊ mery. Et qn̄ necessariū est vt soluat̄ i pāno in quo ponant̄ frusta glaciei aut lapides ⁊ ꝑcutiat̄ donec resoluat̄: ⁊ si fuerint lapides necium est vt submergātur in aqua: ⁊ si voluerit hō dimittat ip̄m in pāno: deinde excutiat ip̄m in vase ⁊ excipiat qđ excussuȝ ē ⁊ vtat̄ eo cū aq̄ gūme ⁊ erit bonū sue itētōi. Ele. Qđ ex eo calcinatū est forti⁹ ⁊ subtili⁹. Na. Frigidū est in p̄: siccū in scđo. Opa. ⁊ ꝑ. Stipticuȝ est ⁊ retinēs sanguinē: ⁊ admistrat̄ in psilotro sicut existimauit Paulus ⁊ alij: vt sit eius desiccatio maior. Ip̄m enim nō adurit ignis nisi cum arte. Apo. ⁊ bo. Prohibet apata mamillaꝝ ⁊ testiculorū ⁊ q̄ post aures sūt ⁊ reliquaꝝ carniū laxaꝝ in ꝑncipio. Mē. ābe. ⁊ pe. Retinet sputū sanguis cū aqua plātaginis. Mē. ex. Retinet sanguinem matricis ⁊ ani bibitum: ⁊ qđ ex eo abluitum est ⁊ linitum confert dissinterie.

¶ Talk ara. est stella terre: ⁊ dicūt arabi. stella semus: sed grec⁹ samia: vt apud Dias. ⁊ vocatur grece gisasteros. i. terra astrea: ⁊ est vna ex speciebus luti: ⁊ est similis gipso: nisi q: est vltime diaphaneitatis ⁊ separatiōis in laminas pertenues: si cōburat̄ ꝑdit diaphaneitatē ȝ: ⁊ vertitur in colorem argenti. Sim.

### ¶ De talisafar. Cap̄. 696^m.

Talisafar qd̄ ē. Est cortices idi i qb⁹ ē stipticitas ⁊ acuitas ⁊ odoris boni paꝝ: ⁊ i ipsis est suba terrea plurima ⁊ subtilitas pauca. Na. Apđ Gal. nō ē ostēsuȝ ipsos hīc caliditatē neq̄ȝ friditatē de q̄ sit curādū. Quidā aūt dixerūt ꝙ sūt cal̄i ⁊ sicci in scđo. Opera. ⁊ ꝑ. In ipsis ē stipticitas ⁊ exiccatio fortes ⁊ resolo: ⁊ sūt cōpositi ex substātijs pl̄ib⁹: ⁊ terreitas i eis ē plus. Mem. ex. Cōferūt dissinterie ⁊ vlcerib⁹ intestinorum ⁊ fluxui sanguinis matricis ⁊ ani: ⁊ conferunt hemorroidibus.

¶ Talisafar vel talissar: ꝺ in ara. ē talixfar ē cortex sil̄is macis maioris q̄ntitatꝭ ⁊ durioris sb̄e ⁊ minoris odoris. Serapio ō ipso loq̄t̄ in cap̄. de mace. Jo. sera. in. 7. cap̄. 20. de electuarijs facit electuariū de talissar: ⁊ statim ponit̄ aliud cap̄. de mace eiusdem virtutꝭ: vnde vr̄ ꝙ ꝺm ipsum ꝙ sit idē cū mace: vel ei proximū. Sim.

### ¶ De tarifilon. Cap̄. 697^m.

Tarifilon qd̄ ē. Plāta nascēs i vere ⁊ flos ei⁹ est sil̄is croco hortulano. Vene. Decoctio eius cū effundit̄ sup morsuȝ vipe sedat dolorē eius. Et si effundit̄ sup mēbrū sanū fac̄ i ipso ꝯtigere sil̄e illi qđ contingit ex morsu vipere de dolore.

¶ Tarifilon sed in Arabi. est trifilon vt gre. dicit de trifolio ⁊ ē andacbocha. Sim.

### ¶ De tuberibus. Cap̄. 698^m.

Tubera qd̄ sūt. Sūt ex suba terrea plus ⁊ aquea min⁹. Et i ipsis ē areitas ⁊ subtilitas pauca: ⁊ ē priuata sapore. Elec. Meliora eoꝝ arenosa alba i qb⁹ nō ē odor malus: ⁊ q̄ ex eis sūt sicca deteriora sūt būidis: ⁊ illa q̄dē q̄ elixant̄ post excoriationem ⁊ scissionē cū cultello cū aq̄ ⁊ sale: deide coquunt̄ cū olo ⁊ almuri ⁊ spēb⁹ ꝯdiētib⁹: aut altit ē meliora. Et deteriora eoꝝ gn̄a sūt fungi ⁊ ꝓꝑe cū nascunt̄ sub arboribus ⁊ i terra mala. Opa. ⁊ ꝑ. Sūt grossa valde ⁊ ꝑbēt nutrimētū grossum melicū ⁊ nō appropiquat eis i hoc aliqd. Et eoꝝ q̄dē tyriaca sūt vinū puꝝ ⁊ ꝯdiētes spēs. Et si elixent̄ deide coquant̄ cū eis gn̄at̄ nutrimētū grossuȝ nō malū: verūtn̄ saporē nō hn̄t. Instra iū. Timetur ex eis paralysis. Mē. ca. Timet̄ ex eis apoplexia. Mē. ocu. Eoꝝ aq̄ sic̄ ē abstergit oculū: ⁊ ꝺ quidā laudauerūt ⁊ ꝯcessit illđ Musaia medic⁹ ⁊ alij. Mē. nu. Sunt tarde digestionis impediētia grauātia stomachum grossi chimi. Gal. vō in quodam loco ait non sunt mali chimi. Mem. expul. Faciūt incurrere colicam ⁊ difficultatem vrine.

¶ Tubera. hic loq̄tur de fungis: ⁊ ꝓꝑe de taritufalis: vulg⁹ arguit tubera eē rē calidissimā ex duob⁹. Primo q: sup loca in qb⁹ sunt nō colligit̄ nix. Scđo q: excitāt ad coitū vt dicūt. ¶ Ad p̄mū dōm ꝙ calor in viscerib⁹ terre excitat vaporē ꝑ steriles ptes aqueas tuberis que ē de se hn̄t aliquē calorē: signū ꝙ abstergūt ille vapores est ꝙ dissoluunt niuē. ¶ Ad scđm dōm ꝙ non oino veꝝ est qđ vulgus affirmat. Et si est: est ꝓpter ventositatē quā faciunt.

### ¶ De tinctura. Cap̄. 699^m.

Tinctura qd̄ ē. Elec. Melior ē illa q̄ ē leuioris pōderis ⁊ magis itēse nigredīs. Na. Dis ē cal̄a exiccatiua nisi ida: qm̄ idi ⁊ Paulus nu-

merãt eã iter ifridatiua. Opa.ꝛ.p. Dis ẽ exiccatiua. Apo.ꝛ bo. Existimauit qdã ꝙ ida ponit͛ sup aposte-mata calida ꝛ confert eis. Uul.ꝛvlce. Illa que assu mitur ex fumo ligni pini cum gumma ꝛ bdellio ponit͛ super adustionem ignis donec cadat.

## De testudine. Cap.700^m.

Testudo. Mẽ.ca. Sãguis ei⁹ q̃ syluestris est iã dcm̃ ẽ ꝙ ꝯfert epil'ie adherẽs. Et fel testudis valꝫ ad cola ꝛ distillat͛ i nares epi lepticoꝝ. Mẽ.ãbe.ꝛ pe. Ouũ eius valet ad tussim infantium:ꝛ fel ipsius illinitum ad scrophu-las. Uene. Illa que est marina cũ coagulo ẽ bona morsui vermiũ venenosoꝝ ꝛ ei q̃ bibit lacticinium.

## De tamarindis. Cap.701^m.

t Tamarindi. Elec. Meliores sũt teneri recen-tes q̃ nõdũ senescũt ꝛ nõ exiccant͛ ꝛ quoꝝ ace-tositas ẽ vera. Nã. Fridi sũt ꝛ sicci i secũdo. Opa.ꝛ.p. Sũt solutiui ꝛ sũt meliores prunis ꝛ mioris hũiditatꝫ. Mẽ.nu. Cõferũt multitudini vomit⁹ ꝛ siti in febrib⁹:ꝛ strigũt stõchũ mollificatũ ex multitudine vomit⁹. Mẽ.ex. Sol'one educũt chol'am.Et potio ex decoctione eorum sit propinqua medic libre. Feb. Conferunt febribus habentium syncopim ꝛ conturba tionẽ ꝛ ꝑpꝛie cum necesse est naturam linire.

Tamarindi. Tamar ara.dactylus:inde tamarindi.i.dactyli in-di:grecus v̇o oxyfenchia ꝛ est dictu acetosi dactyli.Sim.

## De tuderi. Cap.702^m.

t Tuderi qd ẽ. Inq̇t Dia. Est herba hñs folia si milia folijs ꝑrassij ꝛ radicẽ q̇dratã:ꝛ eius radix mẽsurã hꝫ mediꝫ cubiti ꝛ hꝫ capita i qb⁹ sũt se-mina lõga nigra:ꝛ ẽ hec vsitata tuderi. Syluestris v̇o semẽ est rotũdũ. Nã. Cal'a ẽ i scd'o:hũida i p̄. Opa. ꝛ.p. Inest ei acredo nasturtij.Et i ipsa est vlceratio. Apo.ꝛ bo. Cõfert cãcris q̃ nõ sũt vlcerati linita cum aq̃ mellis.Et ꝯfert oib⁹ apatib⁹ duris:ꝛ fit ex ea ẽpl'm sup tumorẽ. Instra iũ. Fit ex ea ẽplꝫ sup duritiẽ po dagre. Mẽ.ca. Cõfert apatib⁹ radicũ auriũ. Mẽ. ocu. Cũ ex ea fit collyriũ cũ melle mundificat vlcera oculi. Mẽ.anbe.ꝛ pe. Adiuuat q̄n ponit͛ in electua rijs in expuẽdo humores postq̄ȝ infundit͛ ꝛ bullitur in aqua:deinde ponitur in vase ꝛ assatur. Mẽ.ex. Ad-iuuat in coitu ꝛ ꝑpꝛie in decocto quod est ex vino.

## De tenub. Cap.703^m.

t Tenub qd ẽ. Arbor nota ꝛ causi ẽ spẽs ei⁹ ꝛ cal-mecoras ẽ semen arboris ei⁹:ꝛ pix syluestris ex ea assumit͛. Opa.ꝛ.p. Semẽ ãt ei⁹ casmeco-ras:ꝛ virt⁹ ipsius est stiptica:ꝛ ẽ subtilis calefactionis. Apo.ꝛ bo. Ex folijs hui⁹ arboris fit ẽplꝫ apatib⁹ ca-lidis. Uul.ꝛ vl. Folia ꝛ semẽ ei⁹ q̄n miscent͛ cũ adi-pe anseris ꝛ merdasengi:ꝛ cũ farina thuris cõferũt vl-cerib⁹ manifestis:ꝛ cũ ꝑmiscet͛ cũ cera ꝛ ol'o myrtino ꝯfert vlcerib⁹ teneroꝝ corpoꝝ ꝛ oib⁹ vlcerib⁹ recẽtib⁹ cal'is:ꝛ cortex ei⁹ ẽ ꝯueniens vlcerib⁹ pulverizat⁹:ꝛ q̄n admistrant͛ folia ei⁹ sup vlcera recẽtia ꝓhibẽt corru-ptionẽ eoꝝ. Mem.ca. Colluit͛ os ex ea ꝛ decoctione ei⁹ ꝛ ꝑpe cũ aceto ad dolorẽ dẽtium:ꝛ q̄nq̄ȝ fundit͛ li-gnũ ei⁹ ꝛ coq̇t͛ i aceto ad illd'. Mẽ.ocu. Fum⁹ ei⁹ in alcofol ꝯfert oculo. Mẽ.ãbe.ꝛ pec. Semẽ ei⁹ qđ est casmecoras adiuuat ad spuẽdũ ex pectore:ꝛ gũma q̄ dẽ tenub maximi ẽ iuuamẽti ad tussim antiquã valde: ꝛ est spẽs picis. Mẽ.nu. Confert ad ea pödus aur͛. cum aqua mellis ad epar lesuꝫ. Mem.expul. Si bi-batur stringit ꝛ retinet ventrem.

Tenub ara.est species arboris pini sicut habetur hoc loco per Aui.nam dicit ꝙ ex ea fit pix syluestris.Sim.

## De tereniabin. Cap.704^m.

Tereniabin qd ẽ. Hic ẽ ros q̃ pl'm cadit in corasceni ꝛ i locis q̃ sũt vltra fluuiũ ꝛ plꝫ ca sus ei⁹ i regiõe nostra ẽ sup lapides. Elec. Melior ẽ recẽs albũ. Nã. Est eq̄le ad ca liditatẽ ꝯueniẽs. Opa.ꝛ.p. Est lenitiuũ ꝯueniẽs ad abstergẽdũ. Mẽ.ãbe.ꝛ pe. Cõfert tussi ꝛ lenit pect⁹. Mẽ.nu. Sedat sitiꝫ. Mẽ.ex. Sol'one educit cho-lerã facile:ꝛ ei⁹ sol'o est cuꝫ ꝓprietate que est in ipso:et eius quidem potio est a.x.aur͛. vsq̄ȝ ad.xx.aur͛.

Tereniabin ara.ẽ spẽs mãne s̄m ꝙ apparet hoc loco per Aui.ꝛ in libro de doctrina arabica scribit͛ tereniabin est mãna.Sim.

## De thutia. Cap.705^m.

t Thutia qd ẽ. Origo thutie ẽ fum⁹ q̃ eleuat͛ vbi purificat͛ es a lapidib⁹ q̃ ei admiscent͛ ꝛ a stãno qđ ei admiscet͛:ꝛ q̄ñ q̄ȝ sublimat͛ climia ꝛ illđ qđ sublimat͛ ẽ thutia bona:ꝛ qđ residet iferi⁹ ẽ climia que noiat͛ sucudus. Thutia v̇o alia ẽ alba ꝛ alia ẽ citria: ꝛ alia ad rubedinẽ d'clinãs:ꝛ ida qdẽ ẽ illđ qđ i ablu-tiõe thutie aggregat͛ sic͛ fex sub aq̃ qua ipsa abluit͛:ꝛ il lud ẽ sucudus. Dria v̇o inter sucudũ ꝛ thutiã ẽ ꝙ thu-tia sublimat͛ ꝛ illđ nõ sublimat͛:ȝ remanet iferi⁹ i cãna-lib⁹ p qđ currit es:ꝛ h̄ ẽ sic͛ climia eris:ꝛ q̄ñ h̄ sublimat͛ sublimat͛ ex eo thutia. Elec. Melior ẽ alba volatil': deide citrina:deide q̃ hꝫ coloreꝫ fisticoꝝ alcarmeni:ꝛ illa q̃ ẽ min⁹ vetusta oib⁹ ẽ melior. Nã. Frida ẽ i p̄: sicca i scd'o. Opa.ꝛ.p. Est d'siccatiua sine mordica-tiõe:ꝛ illa q̃ ẽ abluta ẽ melior d'siccatiũ. Deco. Con fert lẽdib⁹. Uul.ꝛ vlc. Illa q̃ ẽ abluta ꝯfert vlceri-bus cãcerosis. Mẽ.oc. Cõfert dolori oculi ꝛ ꝓhibꝫ superfluitates fraudulẽtas coarctatas i venis oculi pe-netrare i tunicas ꝑpe illa q̃ ẽ abluta. Mẽ.ex. Cõfert vlceribus ani ꝛ testiculoꝝ ꝛ apostematibus eorum.

Thutie nomẽ cadit sup tres res:p̄ sup id de quo Aui.h̄ caplꝫ fa cit ꝛ Dia.sub hoc noie ponfilix:cui sunt due spẽs:vna quaꝫ dicit͛ ponfilix a Dias.alia spodius q̃ ab Auic.di sucudus:ꝛ ambe sũt fu ligo ex fumo eleuato in fornace in qua fit auricalcũ:ꝛ leuat͛ ille fu mus a lapide calamiari quo es tingit͛ ꝛ fit auricalcũ ꝛc̄.Sim.

## De tincar. Cap.706^m.

t Tincar qd ẽ. Aliđ ẽ minerale:ꝛ aliđ ẽ artificia-le:ꝛ d'r capistrũ auri. Mem.ca. Confert do lori molaris ꝛ corrosioni dẽtiũ sua ꝓprietate.

Tincar ara.borax:qđ capistrũ auri d'r:eo ꝙ cũ ipo aurifabri au rũ auro ꝯsolidãt.Aui.duo capl'a fac͛:vnũ ẽ istđ:aliđ in q̃ auꝫ adbe rer:cui⁹ due sũt spẽs:vna artificialis:altera mineralis ꝛc̄.Sim.

## De tasmarach. Cap.707^m.

t Tasmarach. Natura. Cal'm est ꝛ siccũ. Opa. ꝛ proprie. Est stipticum fortiter.

## De tinsa. Cap.708^m.

t Tinsa. Mẽ.ocu. Stercus eius cõfert albugi-ni oculi. Fit emplastrum ex adipe eius sup mor sum ipsius ꝛ sedatur dolor eius statim.

Tinsa ara.crocodillus vt in libro de doctrina ara.ẽ aial quadru pes ingens simile stinco in nilo flumine degẽs in terrã ꝓdat͛ iter-dum pecudes

dum pecudes ⁊ vitulos. Aui. de stinco duo facit cap̃. in vno dic̃ q̄ parit eum tinsa: in alio q̄ ꝑit eum crocodillus. Sim.

¶ De tembul. Cap̃. 709m.

TEmbul. Nã. Fridũ ẽ i ꝑncipio: siccũ i secũdo. Opa. ⁊ p. Est stipticũ exiccatiuuz. Mẽ. ca. Cõfortat carnẽ q̄ est iter dẽtes ⁊ masticãt ip̄z idi ad illð semꝑ. Mẽ. nu. Cõfortat stomachũ: ⁊ ꝑꝑ illud masticant semꝑ indi.

¶ Tẽbul ara. apð Aui. hoc loco: alicubi tenub: nõ recte inuenif: et est folium: sed qð in hoc cap̃. in textu habef est frigidum: est falsus textus: nam in ara. habetur est calidũ: sicut est in margie correctum in q̄pluribus exemplaribns. Sim.

¶ De tesisie. Cap̃. 710m.

TEsisie qd ẽ. Est gũma ruthe agrestis ⁊ iã dictũ fuit i the. Elec. Nõ ꝓfert nisi q̄ ẽ recẽs: ⁊ cuz suꝑ ipsa ꝑtrãsit ãnus ðbilitaf. Et nõ ẽ i ipsa iuuamẽtũ ꝑꝑ resolõnẽ hũiditatũ q̄ sũt i ipsa suꝑfluaruz. Nã. Est cal'a valde adustiua fortꝫ calefactiõis ⁊ exiccatiõis. Et i ipsa ẽ hũiditas suꝑflua exñea cã cui⁹ non mordicat statiz. Opa. ⁊ p. Est mũdificatiua solutiua maturatiua disruptiua: ⁊ ꝑꝑ hũiditatẽ suã suꝑfluaz nõ adurit nisi post horã: ⁊ ẽ ex eis q̄ attrahũt vehemẽter ⁊ violẽter ex ꝓfundo corꝑis: ꝫ post spatiũ ꝑꝑ hũiditatẽ suã suꝑfluã: ⁊ nõ ẽ ei par in alterãdo cõplõnez ad caliditatẽ. Deco. Facit nasci pilos ⁊ ꝓfert alopicie valde: ⁊ raro iuenif par ei i illo: ⁊ iã diximꝰ administrationẽ eiꝰ i caplõ ipsiꝰ: ⁊ ꝓfert occultatiõi sanguis: ꝫ nõ dimittif suꝑ ipsam ꝑter horã. Et silr ꝓfert vestigijs ⁊ pãno ⁊ albaras. Instrã iũc. Inũgunf cũ cõpressione suꝑ mollificationẽ neruoꝝ: ⁊ suꝑ podagraz: ⁊ suꝑ iũcturas fridas: ⁊ clysterizaf cũ ea ad arteticaz. Mẽ. ãhe. ⁊ pec. Cõfert sputo saniei ⁊ difficultati ãhelitꝰ: ⁊ ꝓfert dolori amboꝝ lateꝝ ⁊ ꝓꝑe dolori ipsorum antiq̄ linita ⁊ vt emplꝫ supposita: ⁊ cũ ea eũando ⁊ ad iuuat ad expuẽdas suꝑfluitates linita ⁊ sbtilitate repta i ea i admĩstrãdo eã i electuarijs. Mẽ. ex. In radice eiꝰ ⁊ corticibꝰ ipsiꝰ ⁊ lachryma eius ẽ solõ. Feb. Sumanf de corticibꝰ eiꝰ tres auf. ⁊ succis tres anulusat: ⁊ de lachryma eius auf. ij. ⁊ cũ multiplicaf eiꝰ vsus nocet. Permu. Loco eius ponunf due tertie põderis eius de granato: ⁊ tertia eius de euforbio.

¶ Tesisie est thapsia.

¶ De turbith. Cap̃. 711m.

TUrbith. Elec. Meliꝰ ẽ albũ visibilr ⁊ cõtritũ hñs foramia q̄ st̃ sic̃ cãne subtilis foramia: ⁊ planũ velociter frãgibile ẽ: ⁊ nõ ẽ grossuz: ⁊ ip̄z corrodif ⁊ ðbilitaf: ⁊ leue valde ⁊ ꝑforatũ ẽ ðbile: sed eiꝰ rectificatio ẽ vt fricef cortex eiꝰ cineritiꝰ donec remaneat albꝰ: ⁊ ꝓiũgaf qð ð eo ꝓtritũ ẽ cũ olõ amigdalino. Opa. ⁊ p. Acgrit vsus eiꝰ siccitatẽ ⁊ exiccationẽ i corꝑe: qm̄ exhit hũiditates subtiles: ⁊ ꝑꝑ ħ administraf cũ olõ amigdalino. Instrã iũc. Cõfert egritudibꝰ neruoꝝ. Mẽ. ex. Solõne educ̃ flegma plm ⁊ soluit aliqd ex hũoribꝰ adustis parũper: ⁊ ħ qñ assumitur tritũ: ðcoctũ vo ꝯrio. Inquit Mesaugue: solõne educ̃ hũores viscosos grossos. Et dixerunt qdã: solõne educ̃ hũorẽ crudũ ex anchis. Et qð veriꝰ ẽ: ẽ qð solutiõe educ̃ fl'a subtile: ⁊ si ꝯfortef cuz zizibere ⁊ eo qð hꝫ acuitatẽ vtꝫ educ̃ gssum ⁊ crudũ hũorẽ. Solũ vo nõ soluit grossuz nisi iueniat i stõcho fixũ ⁊ in itestinis. Sitq̄ȝ potio eiꝰ vsq̄ȝ ad. ʒ. ij. ⁊ i ðcoctõibꝰ vsq̄ȝ ad. iiij.

¶ Turbith ẽ tripolion vel tripofilon: ⁊ apud Serap̃. tariaconion vel triconion vl' tricomori. Dias. nascif i locis maritimis. i. littoribꝰ ipsis: folia hꝫ apio sil'ia ⁊ grossa ⁊ hastã lõgã duobꝰ palmis in capite diuisa: florẽ dr̃ mutare ter in die: nã mane colorẽ albuz fac̃ ⁊ media die purpureum sero feniceuz: radix est illi alba ⁊ odorata: virtus est illi calidissima ⁊ gustu similis ⁊c̃. Sim.

¶ De tursie. Cap̃. 712m.

TUrsie quid est. Est ãmoniacum ⁊ iam dictum est de eo in capitulo alif.

¶ De tubel. Cap̃. 713m.

TUbel qd ẽ. Fortiꝰ tubel est tubel ferri: deinde eris ⁊ ẽ illud qð cadit ex ꝑcussiõe suꝑ ea. Et oẽ quidẽ est exiccatiuũ: ⁊ iã qdẽ dc̃m est de eo.

¶ Tubel ara. squama seu batitura cuiusq̄ȝ metalli: q̄ cadit ab incude qñ malleat que grece lipides vocatur: ⁊ videtur vnius nature cum ere vsto: nã purgat aquam citrinam vt ipsum. Sim.

¶ De thymo. Cap̃. 714m.

THymum. Nã. Semẽ eius est fortꝫ caliditatꝫ. Mẽ. exp. Prouocat ⁊ extrahit embrionẽ mortuũ: ⁊ solõne educit sanguinẽ ⁊ humorẽ cholericũ. Et potio eiꝰ sit medietas. ʒ. ⁊ extrahit vermes.

¶ Thymum sic est scriptum in arabico: alij vo thymen: ⁊ est plãta fortiter laxatiua. Sim.

¶ De theil. Cap̃. 715m.

THeil qd ẽ. Dr̃ q̄ ẽ teideken. Nã. Frida est ⁊ sicca i ꝑ: ⁊ ꝓꝑe radix eiꝰ recẽs. Opa. ⁊ p. Uirtus eiꝰ ẽ stiptica. Et i ipsa ẽ mordicatio ⁊ ꝓhibet eiꝰ succꝰ attractionẽ materieꝝ ad viscera. Uul. ⁊ vl. Cõfert vlceribꝰ recẽtibꝰ qñ ponif suꝑ ea ⁊ ꝓꝑe radix eiꝰ: ⁊ i ipsa ẽ ꝯsolidatio. Mẽ. ca. Prohibꝫ catarros oẽs. Mẽ. ocu. De succo eiꝰ ⁊ ipsa ðcocta i vino ⁊ melle i põdere eq̄liter sumptũ ponif i medicamie qð ad oculũ ẽ bonũ. Et illiꝰ qdẽ medicamis cõpõ ẽ hec. Sumif succꝰ ⁊ quãtũ ẽ medietas eiꝰ de myrra ⁊ tertia eiꝰ ð piꝑe ⁊ tertia ipsiꝰ ð olibano ⁊ ꝑmiscenf: ⁊ ẽ medicamẽ bonũ: ⁊ opꝫ qdẽ vt reponaf i vase ereo. Mem. nu. Abscidũt semẽ ⁊ radix eiꝰ vomitũ. Et ꝓhibẽt attractionẽ fieri ad stõchũ: ⁊ semẽ eiꝰ oino ẽ ꝯueniẽs stomacho. Mẽ. ex. Semẽ eiꝰ ðglutitũ ẽ ꝓuocatiuum ⁊ disruptiuum lapidis ꝑꝑ illð qð in ipso ẽ ð siccitate aut amaritudine. Et similr radix eiꝰ: ⁊ decoctio eius confert vlceribus vesice.

¶ Theil ara. gramẽ: sed grece agrostis. Theilũ Stepha. scripsit.

¶ De thesisie. Cap̃. 716m.

THesisie quid est. Jam dictum est in the. Et iaz diximus eam.

¶ De testiculo vulpis. Cap̃. 717m.

